inſcipientis.de fal.c.fi.occultum vel pene occultum induci
poteſt ex gradibus probationuꝫ equalibus de quibus.ſ.vel
quando habet aliquid obſcuritatis quia plurimum intelli
gibilis eſt.Primum patet.de teſti.in noſtra.Scōm de ꝓ
bat.in preſentia cum ſi.Hec autem dubitatio eſt principiū
inueſtigationis certitudinis ⁊ fidei: poſt hanc iudex inci-
pit inclinare animum ad aliquam partium: non tamen ve-
hementer applicat animum ⁊ hec vocatur ſuſpitio: ad hāc
deducitur iudex quandoqꝫ argumentis: naꝫ informat ani
muꝫ ad ſuſpicandū ex argumentis. de proba. cām.ff.de ꝓ
ba.l.iij.argumentum enim eſt rei dubie oſtenſio in gradu
materie ſubiecte poſſibili:⁊ hoc eſt duplex. quādoqꝫ oſten
ditur ex diſcurſu alicuius trahentis originem a ſenſu corpo
reo:⁊ iſto modo vtitur iudex iudicando:vnde argumenta
proportionantur cuiqꝫ graduuꝫ.vt dicit hic Cal.ff. de teſti.
l.iij.iiij.q.iij.ſola.ij.q.vj.ſunt quarum.C.quorum ap.non re
cipiuntur.l.ij.§.de teſti.preterea. quandoqꝫ argumentum
ſumitur pro diſcurſu intellectuali in fineꝫ ſcientie. illud ſpe
ctat ad logicum:⁊ quandoqꝫ vtitur eo iudex in concluden
do ex probationibus.C.de cōtrahen.⁊ cōmit.ſtipul.l.opti-
mam.de teſti.ex tenore cum ſi. Nam ſi ticius hodie fuit bo
nonie ſequitur quod non fuerit in francia.iſta extimatio ꝓ-
bationis dato principio corporeo fit ex argumentis. vt hic
de hereti.cum ex iniuncto.de quo.§.de ſūma tri.ſuper rubri
ca. Ad ſecunduꝫ inducit ex iudicijs que late ſumpta om
nino tendunt in finem vltimi gradus.ſ.fidei ſtricte:iudiciū
eſt informans animū ad ſuſpicandum.ad hoc.C.de proba.
iudicia.no.gl.de prob.tertio loco.ad hoc tex.de here.excō
municamus.ij.q.vij.ſciant.de iſtis autem probationibus
per iudicia quem graduꝫ dent ⁊ quando in iure operentur
clare ponit ſpe.in ti.de proba.§.videndū.ver.hic. Et quā
quam proportionent iudicium ad quemlibet gradum pro
bationis:tamen ſumitur potius in iure pro gradu animo iu
dicis ſuſpitionem ingerente.vt dicit ſpe.in loco ſpalle.⁊ Jo.
an.in addi.ſpe.⁊ per Guil.de ſuza.in queſt.ſtatutorum ſub
littera.s. Secūdus gradus eſt opinio quando ex deductis
vltra dubitationem ⁊ ſuſpicationem incipit opinari ⁊ vltra
ſuſpitionem applicat animuꝫ ad vnam partem non tamen
abſqꝫ dubitatione meditatur.vt patet.ff.de iureiur.l.admo
nendi.⁊.de iureiur.c.fin.hec autem opinio ex deductis mul
tum violentatis poteſt dici preſumptio.que habetur de ali-
quo. Nam vltra iſtam eſt dare gradum maiorem in reſpe
ctu ad iudicem.ſ.fidem ⁊ credulitatem. iſta ſi multum ani
mum iudicantis violentet:habetur a iure pro plena proba
tione vt ex ea poſſit iudicare ⁊ appellatur preſumptio vio-
lenta:quia in applicando animū violentat mentem iudicis
de pſūpt.c.affirte ⁊ in ciuili ⁊ in criminali quid iuris ha-
betur ibi.eo.ti.litteras.in iſta etiaꝫ pſūptiōe ſunt gradus
vt patet de ſpon.is qui.quia aliqua temeraria hec reicitur.
aliqua ꝓbabilis:ex hac purgatio īducitur. ⁊ alia violēta ⁊
ex hac iudicatur.ad hoc ꝙ no. de proba. ſine.⁊ de preſum-
ptio.quanto. Tertius gradus eſt fides ⁊ firma credulitas
quando ex deductis corā ſe: animus in tantum iudicis in-
formatur ꝙ fidem habet eius de quo queritur.⁊ hoc habet
per plenas probationes.de quibus habetur.de teſti.ſpo.cū
ad ſedem.ij.q.i.in primis.nam tunc fieri non habet certaꝫ
noticiam ſi iudicat ſuper certo quo ad fidem ⁊ credulitatē.
poſt hec eſt dare quartum gradum.ſ.certam noticiā ⁊ hanc
habet iudex ex proprio inſtrumento ⁊ naturali. ⁊ īmediate
rem occulis ſubiciendo.vt in.l. ſi in ruptione.ff.fini.regun.
de accu.cum oporteat. ⁊.c.qualiter ⁊ quando.ij.q.i. deus
omnipotens.Ad gradum preſumptionis deducimur quā
doqꝫ per famam ⁊ rumorē:aliquando ad maiorem gradū
per famam quam per rumorem:⁊ quid ſit rumor:⁊ quid ſit

fama ponit cal.⁊ diffuſius ſpe.in ti.de notorio: quia hic nō
proſequor: qꝛ non habeo hic tractare.de fama. Differt ta-
men rumor a fama ī hoc quia rumor ab īcerto: fama a cer
to precedit auctore:vt de eo qui cog.conſan.ſuper eo.de re
gularibꝰ.veniens.iteꝫ differunt in ratione materie: quia fa
ma maioris partis vicinie.rumor autem alterius partis: ⁊
etiam mīoris vt medie.tertie vel quarte.Et qualiter depo-
nere habeant teſtes ſuper fama.per Inno.de accu.cū opor
teat. ⁊.c.qualiter ⁊ quando.de verbo.ſignifi. veniens. Et
qualiter aliquando probatio fame aſſumitur a iure pro ple
na probatione non quod ipſa ſit probatio plena.Sed quia
talis eſt materia in qua ſufficit preſumptio: dixi plene de te
ſti.veniens.ſ.de verb.ſigni.veniens.⁊ dixi in.c.quid ꝑ noua
le.⁊ qualiter fama probetur ꝑ Bar.ff.de qōnibus.l.de mi
nore.§.tormenta.non inſiſto hic quia de hoc inquirere non
habeo niſi prout in finē ordinatur cognitōis notorij.Ad fi
dē autem ⁊ credulitatem venimus aliquando ex probatio
nibus.Ad hoc autem aduertenduꝫ: quia iſte probationes
poſſunt ponderari vt ſunt in fieri: ⁊ ſic dicitur probatio in-
ſtrumenti vel teſtium vel adminiculorum aliorum. quan-
doqꝫ poteſt ponderari prout eſt ineſſe producta ⁊ eſt pro-
batio probata. ⁊ ſic nil aliud eſt notorium quam probatio
probata.ad hoc ꝙ ſcribit Cy.licet non bene in toto loqua
tur.ff.de procur.l.i.a quo habui iſtū modum loquendi.hec
probatio probata idem eſt ꝙ notorium.hec autem proba-
tio probata quandoqꝫ imediate ſumitur ex facto:quādoqꝫ
īmediante altero inſtrumēto ⁊ ex facto:quandoqꝫ cōtinuo
ſe occulis oīum exhibente ꝙ non eget altero inſtrumento
vt quia turris aſinellorum eſt in portu rauēnati: ⁊ hoc vo-
catur notorium facti continui: quandoqꝫ eſt factuꝫ interpo
latum: ⁊ ſic eſt dare notorium facti interpolati:quandoqꝫ
ſumitur a facto trāſeunte ⁊ momentaneo:⁊ tunc dicitur no-
torium facti momentanei vel tranſeuntis: quandoqꝫ ſumi
tur principaliter probatio non ex facto ſed inſtrumento me
diante in medium deducente: ⁊ talia inſtrumenta cōmuni-
ter ſunt teſtes ⁊ inſtrumenta ⁊ cōfeſſio. omne autem quod
iudici conſtat in iudicio per teſtes inſtrumenta vel aliter di
citur notorium ⁊ appellant hoc notorium iuridicum a iure
quia oritur in iure.i.in iudicio.ſ.e.ti.⁊.c.fi.poteſt etiam dici
notorium iuris quia hoc ius operatur:vt fides talibus ad-
hibeatur vt confeſſioni: ius naturale teſtibus duobus.de te
ſtibus.in omni. ⁊ de teſta.relatuꝫ. ⁊.c.cum eſſes.inſtrumen
ti autem probatio eſt mere poſitiui iuris adminiculo arti-
ficio introducta:vt no.de fide inſtru.cum Jo.here. ⁊ nota.
eo.titu.cum.p.tabellio. Aduertendū ꝙ quandoqꝫ tale ꝓ
batuꝫ in iudicio aliquando imediate ſurgit ab inſtrumēto
⁊ hoc vocatur notoriū probationis vel fidei: quandoqꝫ ſur
git a facto in iudicio ꝓbato vel alias notorio: vt quia ex fa
cto aliquid trahit ius de quo conſtat in iudicio: ⁊ hoc facit
aliquando diſponendo: ⁊ illud voco notoriū diſpoſitionis
Nā conſtituto ꝙ in ꝓrochia alicuius ſint poſſeſſiones deci
males parrochianus rector ſuper decimis ⁊ epiſcopus ſup
quartam fundant intentū de iure cōmuni:⁊ ſic de ſingulis.
hoc dicitur notoriū diſpoſitionis.de reſti.ſpo.ad decimas
li.vj.de preſcrip.c.i.lib.vj.de fide inſtru.inter dilectos de
reli.do.cū venerabilis cum ſi.Qñqꝫ trahit illud pſumendo
vl' fingēdo ⁊ dr.notoriū pſūptōis ſeu fictōis ꝯcludit̄ ḡ q̄tū
ad primū quotuplex ē notoriū qꝛ principali diuiſione ē du
plex:quoddaꝫ facti:quoddaꝫ iuris.Juris aūt quoddā pro
batiōis:quoddaꝫ diſpoſitionis:quoddaꝫ fictionis ſeu pre
ſumptionis. Aduerte tamen quia eſt dare notorium tan-
tuꝫ:⁊ dare notuꝫ ⁊ notoriuꝫ ſic geminate loquitur glo.iuris
ciuilis.i.l.i.C.vbi.⁊ apō.quos.⁊.ff.de teſti.l.iij.§.eiuſdeꝫ.in
glo. que incipit que ſit fama. notuꝫ ⁊ notoriuꝫ eſt quod eſt
notoriuꝫ in ſe:quia geſtuꝫ coraꝫ populo ⁊ coraꝫ iudice ſedē
te pro tribunali:vel quia de eo informatus eſt iudex per ꝓ
bationes.Notorium tantum quando hoc conſtat populo
⁊ iudici: ſed non vt iudici. Aduertendum eſt etiam ꝙ in

nomine equiuoco sumit. Quandoq; enim appellatur manifestum. de verbo. signi. olim. ⁊ c. in his enim. ij. q. i. de manifesta. ⁊ c. que lotharius. ⁊ de vsuris. cũ i diocesi. ff. de act. emp. l. emptum. de offi. ordi. pñti. ⁊ c. irrefregabili. c. si canonici. li. vj. de vsu. c. i. Quandoq; euidens. de accusa. euidentia. de appel. qua fronte. ⁊ hic in fi. ⁊ in. c. ij. ⁊ ibi glo. de ver. sig. li. vj. Qñq; appellatur notuz siue cognitũ. ij. q. j. de manifesto. Qñq; indubitatum. vt hic. xxx. q. ij. nullus. de vsuris. cũ in diocesi. Quandoq; in sui specie profertur. de accu. c. cum dilectus. de elec. bone. de testi. co. c. ad nostraz. super eo. de filijs presby. quoniam. de iureiur. de app. consuluit cum si. Quandoq; appellatur publicum. vt dicto. c. de manifesta. ⁊ e. ti. tua. de postu. prela. c. j. ⁊ hec. Quãdoq; appellatur euidentissimũ. ff. qui satis. cogna. l. si vero. negocium. §. qui ꝓ rei qualitate. ⁊ per hoc relinquitur ꝙ hec nomina euidens: euidentissimuz publicum manifestuz notum notissimuz indubitatuz liquiduz. ⁊ similia: sunt nomina generis: ⁊ possunt appropriari plene ꝓbationi ⁊ notorie ⁊ manifeste. vt pz ex his que dixi. ⁊ hoc ꝑ pmo articulo. ¶ Venio ad: secundum principale. quid sit notorium primo diffiniendo: secundo exemplis declarando. Et primo diffiniaz in genere secundo in spẽ. Ad primuz. Notorium est probatio indubitata ⁊ finita nulla discussione egens. verbum probatio: sũmitur vt genus in diffitione. dicitur indubitata ⁊ finita ad differentiam aliarum probationũ: quia notorium est probatio probata alias probationes probantes dico indubitata: quia vt detur notorium oportet ibi dare graduz vltimum fidei: dico nulla discussione egẽtis ad dñiam aliaruz probationum: que discussione ⁊ examinatõe egent. Venio ad scdm quid sit quelibet species notorij. Notoriuz facti sic diffinit ab antiquis. Notoriuz facti est publica vel famosa vox proueniens ex euidentia rei: que nulla tergiuersione celari potest. C. de nuptijs. l. si nicinis. ⁊ e. co. c. tua. ⁊ c. quesitum. vel notorium facti est ꝙ factum ex se non dubitat a populo vel maiore parte populi: secunduz Vin. vel notorium facti est ꝙ quottidie viget ⁊ in presenti est publicum: secundum Vbertum. vel notoriũ facti est in quo fama suuz prebet adminiculum: ⁊ ipsa rei euidentia protestatur ita se occulis omniũ vel maioris partis loci se exhibens ꝙ nulla tergiuersatione celari potest: secundũ Guil. in spe. loco prealle. Has ponit Jo. an. ⁊ aliquas Cal. vel notoriũ ẽ quoddam intellectuale ⁊ notum quod nulla tergiuersatione potest celari recte intuenti. Deficiunt diffinitiones qz alique non ponunt genus in diffinitõe. Alique potius distribuũt q̃ȝ diffiniunt. Alique nõ ponunt omnia correquisita notorij. Alique non diffiniunt notoriuz facti simpliciter: sed in vna spẽ tantum. Dico ergo ꝙ notoriuz facti est finita ⁊ cõiter indubitata probatio nõ mediata natura facti vel rei essentie interprolatim: aut momentanee occulis omnium aut maioris partis se exibens quod nulla tergiuersatione negari potest: vtpote cuius vniuersus populus: vel maior pars eius testis esse potest. Hec diffinitio sumitur a tex. qui melior est corpore iuris in hac materia. e. de pur. ca. cuz dilectus. ⁊ partiz a. c. tua. ⁊ c. si. e. t. ⁊ cui ꝯcordaȝ archi. de appel. romana. §. si autẽ. li. vj. in verbo notorio. ⁊ de offi. dele. c. j. lib. vj. in verbo exigunt. ⁊ hoc optime tex. ij. q. i. scelus. ad hoc arch. ij. q. i. de manifesta. super glo. Procedo ad expositionẽ diffinitionis in qua multa declarabunt. dico probatio ꝓbata ⁊ finita ad differentiam probationis. probatio enim est ꝓprie que discussione eget: sed ꝓbatio finita ex se discussione non eget. probatio dicitur cum discutitur: vel anteq̃ȝ discutiatur est discussa ⁊ probata: vel qñ non eget discussione. ⁊ hoc dicitur notorium. vnde dicit Jo. an. in addi. spe. in ti. de notorio. §. notorium. quod notorium est adiectiuuz qualitatis. est enim rei cui adiungitur valde plena noticia: dico cõmuniter indubitata. Ad ꝙ declarandum videtur nihil ad eo clarum ꝙ si indubium reuocetur aliquã in se non recipiat dubitationẽ. in auct. de tabel. §. si verum. colla. iiij. Itẽ quia dicit lex ꝙ negatiõe indistincte res efficitur dubia. C. quibus ad liber. procla. non licet. l. iij. item licet factum de se sit notorium ibi potest esse aliqua circunstantia per quaz factum excusabitur vel offuscabitur. nam quãq̃ȝ in ꝯspectu populi aliquis fuerit occisus: potuit tamen occidi ex dispẽsatione iuris ⁊ statuti permittentis vt qz iudex vel litor hoc fecit. xxiij. q. v. cum homo. ⁊ c. regum. ⁊ c. nõ est crudelis. vel fecerit se defendendo. ff. de iust. ⁊ iure. l. vt vim. l. di. ius naturale. xxiij. q. ij. in sũma. de sen. excõ. si vero. de homic. significasti cum si. Vel si notorium sit: ꝙ aliquã tenuit: possibile tamen est ꝙ ignorauit parentelam. xxx. q. ij. in lectum. ff. de adulterijs. l. si adulterium cum incestu. item licet eps transiuit ad aliam diocesim quãq̃ȝ hoc notoriuz sit. de transla. prela. licet. tamen possibile est ꝙ habuit dispensationem de transla. prela. quanto. de excel. prelato. ex litteris. quidaz fatentur dicentes notorium esse notorium quãdiu est indubitatum: ⁊ cũ est negatum est dubitatũ. ⁊ sic non est notoriũ ⁊ sic reo pñte seruabit custodia ordo iuris. ff. d custo. reoꝝ. l. Diuus. ij. q. viij. per totum. procedat ergo effectus notorij quando pars est absens ita ꝙ non negat: nec aliquam allegat excusationẽ. istud destruit omnia iura loquentia de notorio: ⁊ esset in partis potestate. quod non est dicendum. ff. de eo quod cer. lo. l. iiij. Cal. dicit ꝙ negatio notorij non facit rem dubiam vt de se patet: quia verba veritatẽ nõ immutant. ff. de offi. pñ. l. illicitas. §. veritas. de re. iudi. cum inter nos. tu dic ad primũ an sola negatõe offuscetur notoriuz. quandoq; negatur quid hñs presumptionem contra se ⁊ negatio non facit rem dubiã. Dicit archi. ij. q. i. §. quando autem. si negatur non notorium quandoq; negatur extra iudicialiter ad hoc negatio nõ facit rẽ dubiaz. Dicit archi. xj. q. i. quia reo. si negatur iudicialiter ⁊ nõ habet presumptionem eminentem contra se: negatio facit rem dubiã. non ad incomodum negatis: sed comoduz. vt no. doc. C. de procu. l. ij. vbi Cy. ff. de procura. non soluz. §. qui alieno. ⁊ fortius si negatur id cuius negationis intentio fundatur a iure. vt no. dñi de rota in loco statim allegando. Si negatur notorium: est aduertandum si tantum factum ⁊ non qualitas facti: ⁊ tunc negatione non fit res dubia propter virtutem notorij. tex. de resti. spo. ad decimas. li. vj. dictum Inn. in duobus locis de censi. venerabilis ⁊. de verbo. signifi. ex parte glo. i. de offi. dele. c. i. li. vj. ⁊ sunt vera: Archi. post euz. ij. q. i. §. quando autem. negatum enim ꝓbabiliter: vt dicit Cal. facit rem dubiam: non negatum improbabiliter vt notoriũ hoc etiaz tenent dñi de rota sua conclu. cccxlij. Alle. no. per Cy. de procu. l. i. vbi probaretur negatio solum semiplena perdicta Cy. in loco post allegato: hoc verum nisi negatio habeat aliquam causam annexam ⁊ euidentem dicto. c. ad decimas. talis enim negatio habens notorium cõtra se nõ est probabilis. ⁊ negatio demum facit rem dubiam: quandoq; est ꝓbabilis. quandoq; negatur notorium tantum ⁊ sic qualitas notorij. tunc oportet ꝙ probetur illud notoriũ esse iudiciale: secundum ꝙ. e. dicetur. Ex his patet respõsio ad predicta. ⁊ ꝓpter hoc dicit gl. ꝙ licet negatio facti notorij non offuscet notorium: si tamen negatur hoc ꝙ notoriũ sit ex quo hoc offuscatur quo ad iudicem: vt non possit procedere super notorio nisi informet se. dicit gl. in. c. i. de off. dele. li. vj. per que dicit h Cal. ꝙ si iudex cepisset procedere tanquã super notorio ad alicuius instantiam ⁊ negetur notorium ⁊ aliter non probetur: iudex absoluet reum ab instãtia quasi inepta fuerit istãtia ⁊ petitio: ⁊ ꝓpter ea audiet partem iuris ordine seruato. s. de iudi. examinata. que dicit ꝓcedere tam in ciuili quã in criminali: quia vtriusq; eadẽ est ratio. ⁊ ideo quia vt dicam. e. contra ius videtur: tenet enim ꝓcessum habitũ sup notorio valere q̃q̃ȝ nõ sit ꝓbatũ: si postea tñ appareret fuisse notorium: sed id potest intelligi qñ procedit ex officio: hic quãdo ad instantiam partis. ꝙ no. dicam. e. ⁊ per hoc dicunt glo. iuris. ciuilis iudicez non iudicare nisi super noto ⁊ notorio: qz oportet quod notoriuz sit

⁊ iudici notū. Et secundū: si alique allegentur circunstātie
dic quodadhuc talis allegatio non inficit notorium: nec
effectus procedendi super notorio. attendi enim debet re-
gularis natura facti: si factum sui natura arguit maleficiuʒ
erit maleficium notorium. si factum arguit notorium bo-
nū. erit notoriū bonū: si attētis circūstātijs extrīsecis ⁊ acci
dentalibus: que habent se ad esse: ⁊ nō esse. pōderant enim
facta secundum naturalem cursum sui ⁊ cōmunem. vt patet
.ff. de heredi. insti. l. suus quoqꝫ. C. ad. l. cornel. de sicca. l. i.
de prescriptionibus. c. i. Si ergo appareat homicidiū iudi
cabitur malū. Si appareat transitus episcopi: quia hoc est
de genere prohibitorum: idem: nisi aliter circunstantias ex
cusantes probet. ar. de accu. dilecti. Et dicit Cal. ⁊ Joā. an.
ꝙ ad alias probatōnes probandas ⁊ proponendas admit
terē interiʒ cū ꝓcedetur vt super notorio. No. bene ad cō
siderandum moduʒ ꝓcedendi plus attendimus qualitatē
facti in libello deducti super quo iudicium substanitiaē: ꝙ
negationes ⁊ excusationes allegatas. ad hoc optime. ff. de
iurisdi. oīum iudi. l. cum quedam puella. §. pe. ad hoc ꝙ ad
mittantur ad probanduʒ. alle. Cal. de off. dele. ex parte. de
accu. qualiter el. ij. §. debet. de re. iudi. cle. pastoralis. vñ cō
cludit Jo. an. ⁊ fuit dictum Inno. ꝙ si negetur notoriū vel
allegentur circunstantie hoc factum habebit quoad iudi-
cium naturam mixtam. naʒ dubium erit ratione negatiōis:
⁊ hoc respectu exigitur probatio notorij ⁊ est notorium qꝛ
publice cōmissum: ⁊ ideo sine litis conte. ⁊ alio ordine iudi
ciario procedetur: ⁊ sic diuerso respectu dicetur dubium no
toriū: vnde non seruato ordine iudiciario procedit ꝯtra ele
ctum: contra quem opponuntur notoria crimina: secunduʒ
Inno. idem si contra testem. alle. de elec. venerabilem. ⁊ c.
bone. de accu. super his. de proba. licet causam. ⁊ secundū
hoc esset necessaria probatio in notorio quotienscūqꝫ nega
tur. ff. qui. satisd. co. l. si vero. §. qui pro rei qualitate: quod
tamen in absentia partis probari poterit. de appe. interposi
ta. §. fi. ⁊ vbi tale proponitur vt notorium oportet ꝙ probe
tur anteqꝫ procedatur ex quo negatur. dicit Joā. an. ꝙ erit
maxima litiuʒ protelatio: hoc examinabo circa effectus: iō
hic subsisto. Ex predictis patet quare in diffinitiōe dixi cō-
muniter indubitata. hec omnia vera dicit Inno. in notorio
facti continui vel interpolati. in notorio autem facti transeū
tis dicit ꝙ ꝓbabiliter negatur a presente. alle. de sortilegijs
ex tuarum. preterea ab hoc recedit ⁊ hoc tenet dicens ꝙ nō
est differentia inter notorium actus transeuntis ⁊ actus in-
terpolati. Concludimus ergo hucusqꝫ quod notorium
cōiter dicitur indubitata probatio: quasi sufficiat ꝙ com
muni attento cursu sit indubitata: quāquam aliqua possint
allegari vel probari ex quibus offuscetur: ⁊ an tunc impe-
diatur eius effectus pendet ex his que dicam circa effectus:
dixi probatio vt darem genus diffinitionis: quia notoriuʒ
est species probationis in genere sumpte: sumēdo ꝓbatio
nem in genere prout est in fieri ⁊ in facto esse: dixi immedia
te vt detur differentia inter notorium facti quod immedia
te sumitur a facto: ⁊ notorium iuris quod sumitur per me-
dium: aliud instrumentale. vnde dicit lex ꝙ notorium est se
exhibens oculis omniū non egens alio pedissequo instru
mento. ff. de in integ. resti. l. i. Et si dicatur saltem oportet ꝙ
de hoc notorio iudici constet ꝫ illa que dicam. responde
bo ꝙ ipsum factum notorium ex se non eget probatōe facti
substantialiter probandi quāqꝫ exigat certificationem qua
litatis facti. s. ꝙ notorium est. sufficit enim in tali probare
hoc notorium esse ꝙ titius occidit: sempronium nec exigiē
probatio ꝙ occiderit ⁊ ad maiorem declarationem subiun
xi in diffinitione natura facti vel rei. Item dixi continue in
terpolatim aut momentanee vt concluderem species noto
rij facti: que sunt tres: aut facti cōtinuati: aut iterpolati: aut
momētanei. per hoc damno opy. Bart. in. l. illicitas. §. ve
ritas. de offi. pres. ⁊ in. l. si vero. §. qui pro rei qualitate. ff. qui
satisd. co. ⁊ in auct. qui semel. C. quomodo ⁊ quando iudex
⁊ in. l. ciues. C. de ap. qui tenuit factum interpolatuʒ aut mo
mentaneuʒ non posse transire in notorium sed manifestum
tantum. vt. ff. de iudi. l. ad peremptoriū. ⁊ sensisse videtur ar
chi. de sen. excom. romana. §. in vniuersitatem. nec intelliga
tis vt dixit Bar. vt statim dicam post euʒ ⁊ hoc tenuit Jo.
mo. vt recitat. Jo. an. de foro compe. cum. c. laycus. li. vj. ꝙ
etiam sentit gl. de vsu. cum in diocesi. ⁊ dicit talia subici ne
cessitati probandi per dictam auct. qui semel. ⁊ per. l. fin.
.ff. de ī inte. resti. vbi dicit ꝙ factum momentaneum paucis
innotescit: quam opi. etiam damnat Bar. ibi ⁊ in. l. si vero
.§. qui pro rei qualitate. dūmodo de eo cōstet ei vt iudici: qꝛ
secundū hoc sequeretur ꝙ pauca delicta essent notoria cuʒ
cōmuniter sint momentanea. contra. l. ea quidā. C. de accu.
non ob. auct. qui semel qꝛ quāqꝫ presumatur voceʒ ꝑconis
paucis innotescere: possibile tamen est illā toti populo aut
maiori parti innotescere: Qd aūt in transeūte aut momēta
neo detur notorium est expressum. de transla. prela. quanto
de cler. excom. mis. illud. de elec. venerabilem. vt in iuramē
to. de hoc de vsuris. cum in diocesi. de tempo. ordi. ex teno-
re. ⁊ c. fi. Et ex hoc patet Vbertum de bobio falsuʒ dixisse
vt recitat Spe. in loco preallegato. nam dixit talia non no-
toria: quia potest esse ꝙ notoria non sunt iudici: quia si eēt
veruʒ non esset dare notorium facti. Dixi in diffinitione. se
occulis omnium aut maioris partis se exhibens vt soluerē
dissептationem doc. quorundam vt Cy. C. de accu. l. ea qui
dem dicentis quod id quod est factum videntibus decem
est notorium. alle. ff. de iureiur. l. si plures. quam opi. tetigit
Joan. ij. q. i. de manifesta. ⁊ recitat spe. in loco preallega. ⁊
assignat causam quia decē faciunt parrochiam. x. q. iij. vnio
alij de tribus quia tot faciunt collegium. de elec. c. i. cū con
cor. ꝙ non placet spe. quia sic duo facerent notoriuʒ quia fa
ciunt collegium. de elec. c. i. cum concor. Jo. an. dicit ꝙ di-
citur notorium quod est factum tot presentibus ꝙ tot non
possent inueniri ī ꝯtrarium: hec nō est bona diffinitio. si eniʒ
factum esset coram duobus possibile esset tot informatos
si īueniri ī cōtrariū ⁊ sic duo īducerēt notoriū: nisi hoc ītelli
geres tot non possent inueniri in cōtrariū etiam si omnes fu
issent presentes. ⁊ sic intelligunt: nam exigunt iura ꝙ tot sint
presentes ꝙ non sit inficiationi locus: ⁊ nō possit inficiari. iō
dicit illud esse notorium in quo tota vicinia vel maior pars
fuerit presens: ita ꝙ in tota vicinia tot non reperirētur oppo
siti ꝙ presentes fuerint: ⁊ hoc asserentes. Vnde dicunt tex.
⁊ notabiliter hoc esse notoriuʒ cuius vniuersus populus vel
maior pars est testis. ij. q. i. scelus. ibi omnibus manifestum
esset: ibi pene totus orbis vndiqꝫ ad limina referebat. ij. q. i.
de manifesta. ibi omnes sciebant. ⁊ optimus tex. de purg.
ca. cum dilectus. ibi cuius vniuersus populus testis ⁊c. hoc
firmat Jo. an. ⁊ Cal. licet dicat quosdam dicere hoc arbi-
trarium. ⁊ exigit arch. ꝙ sit notum maiori parti vicinie: nec
sufficit notum minori parti: vt no. de offi. dele. c. i. li. vi. in ṽ.
exigunt. ⁊ fuit dictū Vin. vt recitat specu. Concludo duo
necessaria vt quid dicaē notoriū ꝑmo ꝙ vniuersus populus:
vel maior pars possit esse testis. Secūdo ꝙ populus sit ma
gnus. Per qd dicit spec. in loco prealle. nō sufficere popu
lum esse de duobus vel tribus: inquantum autem populus
late exigatur in hoc. B idem ponit spec. in. §. notorium vers.
⁊ hoc notoriuʒ in. ij. col. in ti. de notorio. satis credo hoc ar
bitrio iudicis relinquendum: quia non posset dari certa do
ctrina ⁊ sic potest saluari opi. quorundam: quos recitat spe.
⁊ cal. ⁊ hoc firmat Arch. ij. q. i. de manifesta. ꝙ sufficit ꝙ in
loco sint saltem decem homines ⁊ sic potest saluari dictum
Cy. C. de accu. l. ea. quidam. Concludunt tñ Cal. ⁊ aliē
hoc certum ꝙ inquantuʒ maior pars excedat minorem exi
gatur hoc arbitrium fore: quia non est a iure determinatuʒ
.ff. de iure delibe. l. ait pretor. cum sy. de offi. dele. de causis.
de verbo. obliga. cōtinuus. §. i. puto tamen arbitrium iudi
cantis informari ex qualitate facti. si factum respicit presen
tiam notoriuʒ dicetur: ꝙ tota vel maior pars prouincie scit.

Sed si respicit ciuitatem q tota ciuitas scit. Si respicit par
rochiam quod tota vel maior pars parrochie sciat. et satis
equum arbitrium videtur parrochiam esse de decem: vt di
xit Cy. In diffinitiõe autem adiunxi se exibens oculis om
nium hic late sumens oculum p quolibet sensu: de quibus
de testi. causam. Et in hoc differt a fama quia in probatio
ne fame non exigitur maior pars populi noticia immedia
te ita q possit esse testis: hic sufficit maiorem partez populi
habere ex auditu. et sic per mediuz. In fama autem sufficit
vniuersuz populum testem: quia hoc dicit licet nõ appareat
se presentez esse ita q immediate sensu percipit. In notorio
autez oportet testem esse vniuersum populuz quia vidit vel
presens fuit: vel alio sensu corporali immediate percepit
secundum facti naturaz. Dicebam in diffinitiõe ita q nul
la tergiuersatione celare possit: hoc dico quia oportet q lo
co et tempore ita sit clarum q testes decipi nõ possunt. ideo
oportet q locus sit publicus corã multis astantibus: vnde
que occulte fiunt in domo: que nec de facili probari possunt
non sunt notoria. C. de repudijs. l. consensu. §. sin autem. de
testibus veniens. el. ij. de elec. c. cum dilecti. cum sy. Itẽ attẽ
di debet temporis qualitas: quia de die hoc factum est non
de nocte. xviij. q. ij. perniciosum. ff. de penis. l. autẽ facta. de
pe. di. v. consideratur. de homici. sicut dignum. Item consi
deranda est qualitas facti. Nam tale posset esse factum q
etiam de nocte foret notorium: vt sonus campane: vt in pre
dictis iuribus secunduz Jo. Cal. ¶ Quero secundo quid
est notoriuz iuris? quidaz dicunt q est spontanea cõfessio:
clara pbatio: iusta et irretractabilis diffinitio. patet primuz
de confess. c. i. secundum. C. de re. iudi. l. gesta. de verb. sign.
cum olim. tertium. de re. iudi. l. res iudicata. vel notoriuz iu
ris est de quo quis condẽnatus est: vel in iure confessus est
vt hic. et capitulo. tua. et c. fi. de tempori. ordin. c. fi. Iste po
tius sunt demonstrationes et circunlocutiones quedam q̃
diffinitiones et non semper conuertibiles cum qualibet spe
cie diffiniti: et sic non sunt bone. l. i. §. dolum. ff. de dolo. ff. de
re. iuris. l. omnis diffinitio. Dico ergo q notoriũ iuris est
probatio finita per medium in iure facta: aut ex facto iu
dicialiter discusso: siue alias notorio a iure sumpta: appro
bata ficta vel presumpta: dico probatio et idem vt genus: di
co finita ad differentiam probationis: que proprie dicitur
dum est in fieri et ea discussa et iudicialiter finita dicitur no
torium: quia est probatio probata: dico per mediuz ad dif
ferentiam notorij facti quod ex se absq alio instrumento
oculis hominum se exhibet: hoc autem per medium: aut
confessionis: aut probationis: per testes: vel instrumẽta: di
co in iure facti quia vt probatio transeat in notorium opor
tet quod sit facta in iudicio: vt videbitis infra. dico autez ex
facto iudicialiter discusso propter notorium per sentẽtiã. di
co siue alias notorio propter notorium presumptionis vel
fictionis: dico sumpta approbata ficta vel presumpta: vt cõ
cludam quadruplicem speciem notorij iuris. Quandoq
enim aliquid est in iure probatũ et ius illud assumit pro per
fecta probatione: et illud dicitur notorium probationis siue
fidei. Quandoq aliquid est probatum in iudicio vel con
fessatum: vel alias est notoriũ factũ: et ex eo ius ad aliud fa
ctum extendit: et hoc quandoq disponendo: et sic datur no
torium dispositionis. naz constito hoc in iudicio q posses
sio sit in limitibus parrochie alicuius: ius dispõit q spectẽt
decime ad parrochiam: hoc est notorium dispositionis. de
testi. spo. ad decimas. li. vj. Quandoq progreditur presu
mendo et sic notorium daf presumptionis. Naz constito no
torio q quis teneat feminam in domo suspectam: ius presu
mit q etiam eam cognoscat: et hoc est notoriũ presumptio
nis. Item constito hoc in iudicio quod sponsalibus prece
dentibus aliquis sponsam cognouerit. hoc est notorium fi
ctionis q illa sit vxor. extra de spõsa. is qui. Dato enim no
torio principaliter: vt quod ex actis constet: omne quod ex
eo sequitur notorium est. vt dicit Barto. in auct. offeratur
. C. de lit. cõt. et frede. in opere suo cõsi. iij. per hoc dico Cal.
male dixisse hic qui conclusit fore tantuz vnam speciem iu
ris notorij: scilicet presumptõis. Adducit causam q inter
notorium simpliciter iuris: et presumptionis non est dif
ferentiam dare: cum semper se habeat ius ad probationes
iudicialiter factas: siue per confessionem: siue per probatio
nem: vel aliter quomodocunq presumendo. Nam aliquo
cõfessato vel probato non adhibetur fides tali probationi
nisi quia sic ius presumit probatum verum vel confessatuz.
Nam et illud potest esse falsum: hoc dictum non placet: q
assumptio iuris probationis non est per modum presum
ptionis: imo illa assumit fidem adhibẽdo: et aliud est fidez
adhibere: aliud presumere: alias vnum falsum sequeretur:
quod inter probationem et presumptionez nulla esset diffe
rentia: quod euidenter est falsum: contra tituluz de proba
tionibus iuncto titulo. de presumpt. Itẽ trahendo vltra ter
minos facti probati: habet se aliquando disponendo: ali
quando presumendo: aliquando fingendo: vt patet exem
plis supra positis: ergo non eodem modo se habet: sed di
uerso. Concludũtur ergo diuerse species ex predictis. Dã
no vnam diuisionem Cal. qui dixit q est dare notoriuz pre
sumptionis iudiciale et extraiudiciale, inquantum dixit de
extraiudiciali male dixit vt dicam. J. circa exempla. et patet
ex diffinitiõe supra posita. ¶ Nunc venio ad diffinitionẽ
manifesti quod quia aliqualiter dubium oportet primo cir
cunloquendo videre in quo differat a notorio: et dicen
dum quod manifestum in se generaliter sumptum compre
hendit in se notorium. vt dixi supra circa primum membrũ:
vbi iura allegaui. Quandoq comprehendit in se famosuz
tantum: vt dicit glo. ff. de nego. gest. at qui natura. §. cũ me
absente. Quandoq pro manifesto idest aliqualiter dete
cto prout distinguitur contra omnino occultum: et secundũ
hoc manifestum dici potest quod scitur ab vno tantum te
ste. ij. q. i. §. sed sciendum. Quandoq sumitur prout oppo
nitur notorio etiam occulto et pene occulto. Brut. dicebat
et supra dixi manifestum dici quod habet causam momen
taneaz. hec opinio dãnata est supra: licet sit verum quod ta
lia communiter sint manifesta et non notoria. Alij dicunt q
manifestum sit omne probatõe constans. hoc est falsum vt
patet ex dictis: et dicam circa exempla Barto. in. l. si vero
. §. qui pro rei qualitate. dicit quod manifestum est quod
notum est multis: sed nõ omnibus: et in hoc differt a publi
co. Doctores dicunt hic quod illud est manifestum quod
est publicum et famosum et probabile. exigunt ergo tria
Jo. an. exigit quartuz quod proueniat certo auctore: et sunt
verba Jo. ij. q. i. de manifesta. dico quod duo tex. declarãt
quid sit publicum et manifestum. Tex. de postu. prela. c. i.
de presump. c. iij. Primus dicit q illud est manifestum
quod est factum presentibus multis. ad hoc. ij. q. i. §. quan
do autez. Alius dicit quod illud est manifestum quod pre
dicatur a pluribus. omne ergo manifestum habet in se pu
blicum: sed non omne publicuz dicitur manifestum. Dico
ergo quod manifestum est publica seu famosa insinuatio
vel proclamatio cõmunis ex certa scientia et certis aucto
ribus proueniens Joan. an. addit nõdũ iudicialiter discus
sum: dico famosa insinuatio vel proclamatio quia oportet
quod fama concurrat cum veritate ad inducendum mani
festum: et per hoc potest dari subtilis differentia inter publi
cum et manifestum: vt illud dicatur publicum quod est fa
ctum presentibus multis. et tamen non est famosuz. ad hoc
de postu. prela. capitulo primo. manifestuz autem quod ha
bet secum famaz. dicitur cõmunis quia oportet esse multo
rum. Nam non sufficerent duo vel tres testes hoc sciuisse
vt differat a probatione. Quot autem requirantur? dico
quod in acclamatõne tot exiguntur quod famam inducãt
et sic exigitur quod hoc acclamatur a maiori parte populi:
dico ex certa scientia: quia in hoc oportet q dentur aliqui
fuisse presentes: a quibus habuerit ortũ: qui per certã scien

tiam possunt:de hoc deponere:qꝛ fuerũt p̄sentes.⁊ aliquo
sensu naturali secundum ꝙ rei natura exigit:perceperunt.
In hoc datur differentia inter famosuꝫ ⁊ manifestuꝫ: quia
in famoso sufficit ꝙ fama habuerit ortum a certo auctore
⁊ per hoc acclamat tota vicinia:vel maior pars:nec ē neces
se ꝙ ostendantur auctores:qui hoc habuerunt ex certa scię̄
tia vel presentia. In manifesto autem oportet qđ plures af
fuerint auctores:qui per certam scientiam hoc apprehendi
derunt ⁊ super hoc possent testificari.ad hoc quod no.ij.q.
i.de manifesta.⁊ quod no.maxime per Bald.in.l.de mi-
nore.§.i.ff.de questionibus.⁊ dixi de testibus.veniens.el.i.
⁊ not.de accusationibus.qualiter.el.ij.⁊.c.cum oporteat
Archidiacono.ij.q.v.omnibus:dico a certis auctoribus:qꝛ
oportet ꝙ sint plures qui d̄ hac re testificari possēt. Quot
autem exigant non posset dari certa doctrina:relinquo pe
ctori iudicantis:dummodo non excedant maiorem parteꝫ
populi vel vicinie:quia sic esset notorium:vt.s̄.dixi.⁊ credo
ꝙ sufficerent decem per ea que dixit Cy.de accusa.ea qui-
dem.hec vera sunt sumendo manifestum prout distingui-
tur contra notorium pene occultum.prout autem distingui
tur contra omnino occultum:manifestum dici posset om-
nino probabile ꝙ duo testes scirent. Ad hoc ꝙ no.de tem-
po.ordi.ex tenore.de electio.cum vintonen.ecclesia.posset
etiam dici manifestum omne non occultum ꝙ etiam vnus
vidit:⁊ sic sumitur.in.l.ii.⁊ in se.ff.de furtis. Et sic dicimus
furtum manifestum.⁊ non manifestuꝫ:dico nondum iudi
cialiter discussũ ad differentiam notorij approbatōis.⁊ hec
sufficiant de diffinitionibus.non prosequor de famoso:qꝛ
hic de hoc non agitur:nec disputo:quia non facit differen-
tiam de censu vt.s̄.dixi. ¶ Venio ad declarationes per
exempla.⁊ primo videamus exempla in notorio facti con-
tinui. Ponunt exemplũ docto.si clericus in carceribus te
neatur.de appella.dilectus.ꝙ puto quando carceres se ex-
hibent oculis hominum:secus si essent carceres occulti:vt
in multis locis illud non posset esse notoriuꝫ. Ponunt se
cundo exemplum. Si aliquis habet concubinam omnib⁹
vicinis scientibus.ij.q.i.de manifesta.C.de nup.l.si vicinis
xxix.distin.priusꝙ̄.lxxxij.distinctio.proposuisti.ꝫ.de divor-
tijs.significasti.hoc exemplum non placet in notorio facti
simpliciter.hoc est ꝙ feminam teneat potest bene esse noto
rium facti:quia se exhibet immediate oculis hominum:
sed ꝙ cum ea se copulet non est facti notorium:quia cōmu-
niter oculis hominum non se exhibet:sed sic vehementer
presumitur:vnde hoc est notorium presumptionis.⁊ est no
torium iuris non facti ex toto:sed in parte iuris ⁊ ī parte fa
cti. sic debꝫ intelligi hoc.c.⁊ sequens.⁊.c.fina. Et hoc tenet
spec.in.§.notorium.in versi.notorium facti manētis.in.iij.
col.in titulo.de notorio.⁊ dicit ibidem specul.quem tenere
concubinam esse notorium facti continui quando tenet in
domo mensa ⁊ lecto ⁊ liberi vagiunt gremio eius baiu-
lantis.alle.ꝫ.c.tua nos.C.de nup.l.Si vicinis.⁊ de appella
tionibus.consuluit.⁊.c.relatum.ij.q.i.de manifesta.⁊.§.qđ
autem.de divor.significasti.xxviij.distin.priusꝙ̄.lxxxij.di.
proposuisti.nec per hoc ꝙ filij gradiuntur super terraꝫ con
cluditur notorium nisi presumptionis.potuerunt bene esse
filij alterius.probatio eniꝫ filiationis vere est impossibilis
.ff.de adop.l.filium.⁊ de condi.⁊ demon.l.lucius:vnde cũ
actus ille non se exhibeat oculis hominum non potest esse
notorium:nisi esset non timens verecundiam:quia eam co
gnosceret in platea. Et hoc tenet Archidia.ij.q.i.deus q.
tam in crimine concubinatus ꝙ̄ etiam sodomie. Tertiuꝫ
exēplũ ponit.Jo.cal.⁊ spec.qn̄ qs ꝓsequꝭ dn̄m suũ cui fide
litatē iuravit.d̄ elec.venerabilē.exēplũ n̄ ē bonũ:qꝛ nō pos
set ꝯtinuũ factũ h̄ esse ꝓsecutiōis nisi aptitudine. Itē iura
mentum est momentaneum.vnde quantum ad periurium
hoc non posset esse notorium facti continui.pone exemplũ
ꝙ aliquis teneat pontem super viam vel ꝙ turris asinello-
rum sit in porta ravennatis.hoc est facti continui notoriuꝫ.
Aliud exemplum ponit Joan.andre.de vsu.cum in dio-
ces.⁊ repetit in addi.specu.in titul.de notorio:ꝙ quis mu
tuet ad vsuras tenendo altare paratum vel teneat pannum
rubeum ante hostium.hic quod sit vsurarius est notorium
facti continui:non placet:quia illud tenere pannuꝫ bene po
test eē continuuꝫ vel tenere bancũ paratum:sed ipsum mu
tuare est actus īterpolatus:nisi dicatur ꝙ continuus est ap-
titudine:licet non actu:sicut dicimus in servitute continua
.ff.de servi.rusti.predi.l.foramen.quod non placet:quia in
dando notorium inspicimus actum prout se exhibet ocu-
lis hominum:non prout aptitudine. Iteꝫ in mutuando ad
vsuras exigitur factuꝫ hominis.ideo non potest esse in apti
tudine continuum:nisi dicamus ꝙ vsurarius concluditur
cōtinuus ex mente que continua est:sed hoc non est nisi ex
presumptiōe:quia mens se nō exhibet omnino:ideo cōgru
eret melius notorio facti interpolati vel presũptiōis. Po
ne ergo exempla predicta aliter in residentia clerici. Exem
plum in notorio act⁹ interpolati.pone in mutuante ad vsu
ras.de vsuris.cum tu. Exemplum actus momentanei vt sit
in conspectu populi omnibus videntibus:vel maiori parte
ꝙ aliquis interficitur.ii.q.prima.§.quando autem. Si epi
scopus transit de ecclesia ad ecclesiam:quia transitus fit cũ
apparatu.de cle.excommu.illud.de elec.bone de transla.
prelato.quanto.hoc veꝝ in transitu episcopi.in transitu aũt
monachi:qꝛ transit occulte:illud non est notorium: vt dicit
Inno.de tempo.ordi.ex parte.ꝙ̄ꝙ̄ illud possit esse notori
um si transeat in conspetu populi:vt dicit Joan.andrea.de
voto.p tuas.⁊ quid de transeunte ad ecclesiam curataꝫ.no
tatur de electio.dudum.ipsum tamen tenere ecclesiam se-
cundam potest esse notorium facti continui ⁊c. ¶ Venio
ad exempla notorij iuris. Et primo ad approbationis ⁊
fidei:puta quando aliquid est iudicialiter probatum ꝙ ꝓ-
batio inducit notorium.est tex.de tempo.ordi.quesitũ.vbi
dicit probatum:vel alias notorium.apparet ergo quod pro
batum est notorium vt implicat dictio.alle.in contrarium
tex.ꝫ.eo.c.finali.vbi ponderat solaꝫ sententiam ⁊ confessio
nem. Ad hoc de verbo.significa.cum olim.⁊.c.sup quibus
dam.vbi appellatur manifestum in iudicio probatum.tex.
apertus de electio.c.dudum.vbi ponit vt separata notoriũ
⁊ iudicialiter probatum.hoc tenuit Barto.i.l.illicitas.§.
veritas.de offici.presidi.ff.vbi dicit differentiam inter no-
tum.⁊ notorium:quia notum dicitur in iudicio probatum:
⁊ notorium quod constet facti evidentia.⁊ hoc tenet etiaꝫ
glo.ij.q.i.manifesta.que dicit probatum in iudicio mani
festum.gl.tenet ꝙ inducat notorium.de accusa.evidentia
⁊.d.c.cuꝫ oliꝫ.⁊.c.super quibusdaꝫ.de v̄bo.signi. Idē Jo.
an.in dicto.c.cuꝫ oliꝫ.⁊ Joan.xxvij.q.i.in sũma.ideꝫ inno.
de fi.presby.constitutus.de ap.sollicitudineꝫ.in v̄bo noto
riũ.de appella.cuꝫ speciali.in verbo vel alio modo. Archi.
de lit.contest.c.i.li.vi.ideꝫ doct.de electio.duduꝫ.el.i. In-
nocen.de accu.qualiter.el.ii.in glo.magna.versi.nō nega
mus. Jo.an.d̄ vsuris.ꝙ̄ pnitiosũ.super verbo ꝯstiterit.pl⁹
tꝫ ꝙ facta ꝓbatiōe.sꝫ nō oīno plena:sꝫ ex indicijs ⁊ argumē
tis secuta publicatōe h̄ dicatur notoriũ.pōit h̄.d̄ vsur.qꝛ ī oī
b⁹.sup v̄bo māifesta. Cōtrariũ sētit gl.h̄ q̄ dic̄ d̄ sola ꝯfessi
one ⁊ alibi dic̄ gl.ꝙ īducit māifestũ.ij.q.i.māifestũ.archi.
.l.di.si lapsis.ꝑ h̄.ij.q.i.de⁹q. Ad hoc Inno.d̄ exces.p̄la.
.c.i.vbi pōit ꝓbatũ ⁊ notoriũ:vt sepata.gl.d̄ tē.or.ex tēore.
d̄ pur.ca.c.iij.ꝯclusi.s̄.⁊ ē cōis opi. Jo.an.cal.⁊ alioꝝ ꝙ no
toriũ īducat ex ꝓbatōe.ad h̄ qꝛ ī iudicio ꝓbatũ ē ꝓbatio ē
finita.⁊ sic ē notoriũ.⁊ h̄ tꝫ Jo.xxviij.q.i.ī sũma.archi.l.di.
si lapsis.h̄ alibi tpat v̄a eē qn̄ ꝓbatio ē ī tali statu ꝙ qn̄ ni
hil ꝯ eam opponitur vel opponi potest:vt qꝛ ē conclusuꝫ in
causa:secus si opponitur:⁊ opponi potest:quia dicit ꝙ ꝓ-

batio vacillat ⁊ non inducit notorium. Si opponi potest:
⁊ non opponitur adhuc credo ꝙ inducat notoriū:lꝫ Ala.
sentiat ꝙ sola propositione ante sententiam non induca-
tur notorium:vt ipse not.vt lite pend.laudabilem.hoc dicit
Hostien.de appella.cum speciali.hoc extendit archidia.ij.
q.i.in primis. etiam si probatio sit facta per viam exceptio
nis.ꝙ credo si exceptio plene examinatur:⁊ ad finē ad quē
ponitur per no.de ordi.cog.cum dilectus:secus autēꝫ si sū
marie:⁊ per hoc dico ꝙ probatio in iudicio summario fa-
cta non inducit notorium nisi ad finem summarii iudicij.
alr̄s probatio facta in iudicio summario faceret preiudiciū
in plenario. contra.no.de ord.cogn.c.ii.⁊.c.fi.de testi.veni
ens.iunctis no.e.ti.cum causam.que dixi de probat.per te
stes:idem dico de probatione per instrumentum eo ꝙ est
in iudicio publicatum: secundum no.de of.dele.cum in iu
re.argumen.l.in exercendis.C.de fide instrumen. ⁊ extra
de fide instrum.c. Cum,Joā.heremita.ad hec iura que di
cunt acta euidentissimas probatōes.de probatio.licet cau
sam.⁊ dixi.§.in primo membro principali:quinimmo om
nia iudicialiter acta dicuntur notoria.no.Cy.C.vt que de
sūt aduo.l.i.hostien.de consue.cum dilectus.de electio.cū
inter.Innocen.de appel.ex insinuatione.Joan.andre.de te
sti.per tuas.glo.de accu.euidentia.Ad hoc.l.properandū
§.si autem ex gestis.C.de iudi.Ad hoc quod no.l.i.ff.ō pe
ti.heredi.Ad hoc text.de senten.excommunica.venerabi
libus.§.secus in sexto. ¶ Secundum exemplum ponunt
in confessione qui notorium inducit.Ī.eo.c.fina.de verbo.si
gnifica.cum olim.hoc verum qñ confessio fit in iudicio:vt
dicit text.Ī.c.fina. ⁊ quando nihil opponitur contra con-
fessionem:alr̄s si opponitur vel petitur reuocari:vt erronea
vacillat fides confessionis:⁊ non inducit notorium.Joan.
andre.de verbo.sig.cum olim.Hostien.de appella.cū spe-
ciali.in verbo alio modo.gl.de appella.romana.§.cū aūt
in sexto.⁊ ponit gl.e.ti.ex parte.el.i.plus dicit illa gl.ꝙ cō
fessio non transit in notoriū donec potest reuocari vel aliqd
contra illam opponi:scilicet vsqꝫ ad sententiam.Ad hoc ō
accu.cum dilecti.Sed hoc non puto verum per ea que di-
xi.§.circa probationem.alr̄s vt confessio induceret notoriū
semper exigetur sententia:quod est contra.c.fina.Ī.eo.titu.
Item procedunt predicta quando confessio est facta spon
te nullo metu precedente: secus si coacte vel metu conuin
ctorum qꝛ notoriū non induceret:vt sentit Joan.ī dicto.c.
manifesta:immo plus dicit glo.de tempo.ordi.ex tenore.
ꝙ vt inducat notorium exigitur ꝙ sit facta sine metu ꝓba-
tionis:quia per hoc non detrahitur probationi:⁊ ꝙ dicit ō
metu procedit quando est talis qui inficiat vel detrahat cō
fessioni:alr̄s secus per illa que no.Innocen.de offi.de lega.
causam matrimonij.Omnia hec procedunt quando con-
fessio est facta in iudicio plenario:sed est dubium quando
est facta in summario.Inn.de ordi.cog.cum dilectus.tenꝫ
ꝙ transeat in notorium.Idem no.de excep.c.i.de confes-
sio.c.i.de accu.qualiter.in glo.magna ver.non negamus:
quia confessio ad sui esse non exigit telaꝫ iudicij.cum pos-
sit fieri ex arrupto.⁊ habet suas vires ⁊ executionem para
tam:vt no.de elec.dudum.de procur.Si reus paratus.ff.ō
iudi.l.si debitori.quod puto:quia sufficit presentia iudicis
vt habeat oēꝫ effectum: etiam dato ꝙ fiat: alr̄s in iudicio
nullo.vt est casus cum dictis docto.de resti.spoli.in.c.pisa
nis.⁊ in capitulo.i.⁊.ij.de accu.in sexto.quod dico verū siue
confiteatur incidenter siue principaliter:vt dicit Innocen.ī
locis preall.dummodo sit annexum id quod confitetur ei
quod principaliter in iudicium deducitur.⁊ no.de excep.
.c.i.allega.cum ad hoc non sedeat iudex confessio non pre
iudicaret tacite vel si includeret in exceptione: quia exci-
piens non fatetur.⁊ sic intelligo glo.in.l.si filium.C.de li-
be.cau.⁊ Barto.ff.de custo.reorum.l.si confessus.Hec
vera quando iudicium est nullum altero respectu:ꝙꝫ defe-
ctu potestatis iudicis:si fieret coram incompenti iudice.de
hoc dicendum:vt.Ī.dicam de confessione extraiudiciali:vel
tenendo ꝙ confessio facta coram incompetenti iudice non
valeat vt extraiudicialis.quod examinaui.§.de iudic.at si
clerici.non operaretur etiam illum effectum.Sed est dubi
um quod de extraiudiciali.gl.in.l.quoniam.ff.de his qui
no.in fa.dicit confessionem non valere.per.l.i.in fi.ff.de in-
terro.actio.sed tenet postea ꝙ valet sed non inducit noto-
rium:vt in.l.ictus fustium.ff.de his qui nota.infa.Innocē.
de offi.de lega.c.i.in sexto.sentit ꝙ confessio extraiudicia
lis inducat notorium.ibi archidiaconus aperte tenet con-
trariū post vincen.dico si confessio fiat ī cōtractibus in con
spectu populi vel maioris partis ⁊ habet comites suos:hic
assumitur a iure ꝑ ꝓbatione probata:⁊ dico ꝙ hec inducit
notorium iuris.Nam de ipsa constat notorie.⁊ eius effe-
ctus etiam approbatur a iure.ergo probatio ē notoria.suf
ficit enim fidem fieri de sola confessione.Si autem con-
fessio fiat ī delictis: tunc si confessio fiat in conspectu popu
li vel maioris partis ipse confessionis actus bene est notori
us:Sed de vi ꝯfessionis an inducat notorium confessatuꝫ
vel saltem manifestuꝫ: credo ꝙ si fiat cum recipiente nomi
ne fisci:vel cuius interest ꝙ hec confessio inducat notori-
um:vel saltem manifestum.vnde dicimus manifestum vsu
rarium qui extraiudicialiter coram notario confessus est se
esse vsurarium:vt no.de vsuris.qꝛꝙ:in sexto.Et ponit fre.
in opere suo ꝯsi.xx.alr̄s.cxx.nō.n.video quare confessio cri
minis extraiudicialis: duꝫ tamen adsint quorum interest:
sic non preiudicat sicut ⁊ confessio in contractibus assisten
tibus reqsitis ī ꝯtractibus ad valitudinē ꝯfessiōis: sic pōt
intelligi Jacob.de are.in.l.quoniā.ff.de his qui notantur
infamia.qui dixit confessionem de certo crimine: vt quia
occidi talem preiudicare licet nō preiudicet generalis quia
deliqui:quia requiritur ꝙ sit discreta sicut in contractibus
ita igiꝛ exigiꝛ ꝙ fiat pn̄te acceptāte ⁊ cui⁹ īterest:⁊ si dicaꝛ
cuiuslibet interesse: si crimen est publicū fateor quo ad po-
tentiam accusandi.sed non probationis recipiende.Si au-
tem confessio fiat extraiudicialiter aliquo non acceptante
vel presente cuius interest pricipaliter: tunc si fiat corā pau
cis illa solum inducit iudiciuꝫ.ff.de adulteriis.l.capite qn
to.ff.de edi.edi.l.quero.§.fina.Si fiat coraꝫ toto populo
vel maiore parte actus confessionis est notorius:ipsius au
tem confessionis virtus solum ingerit suspicationem ⁊ pre
sumptionem vehementem de delicto:vnde posset dici no-
torium presumptionis vel suspicationis.⁊ sic potest intelli-
gi dictum Innocen.in.c.per Inquisitionem.de elec.vnde
sufficit ad condemnationem nisi aliter illaꝫ purgaret.⁊ sic
potest intelligi glo.in.l.ictus fustium.ff.de his que not.in-
fa.Si autem confessio fiat coram pluribus ⁊ presentibus
quorum interest ⁊ acceptantibus:⁊ vltra hoc ex dictis isto
rum surgit publica fama ⁊ clamosa:posset dici hoc mani
festum:sic etiam posset intelligi glo.in dicta.l.ictus fustiū.
Hec omnia vera in confessione vera.Ex actibus autem ex
traiudicialibus quandoqꝫ a iure fingiꝛ confessio:⁊ talis fi
cta confessio bene posset transire in notorium qꝛqꝫ surge-
ret ex actu extraiudiciali.extra ō spon.is qui.⁊ in.l.fisci.ff.
de iure fisci.⁊ in.l.i.C.de matrimo.cōtracto inter.pu.⁊ in.
Et sic posset intelligi opinio.Jaco.quam recitat glo.in.l.
quoniam.ff.de his qui not.infa.⁊ sic etiam potest intelligi
Innocen.de offici.delega.c.i.in sexto.Ad hoc ꝙ dicimus
de deficiente in purgatione.iij.q.ix.decernimus.⁊.Ī.c.tua
nos.de hereti.excommunicamus.de purga.cano.per to-
tum:illa enim ficta cōfessio transit in notorium iuris.Con-
stito facto purgationis indicte. ¶ Tertium exemplum
ponitur in summa: sed videtur hoc nugatorium ⁊ inuti-
le:ad sententiam enim perueniri non potest nisi probatione

vel confessione.ij.q.i.per totum.ij.q.vj.diffinitiuam.l. pro-
latam.C.de senten.ꝛ interlocu.om.iudi.ꝛ extra de constit.
.c.ecclesia. Impossibile ergo est dare per confessioné cum
detur per sententiam:ꝛ per sententiam cum detur per cófes
sionem:habito enim fine notorij vlterius non est ꝓgressus
per alteram causam.de fide instrumen.inter dilectos.dicit
Calde.ꝙ non est nugatio:qꝛ licet de uno perueniat ad ali-
ud ꝛ sint eiusdem effectus:non sunt tamen idem nec est nu
gatio. alle. de foro competé.c.fina.facit. de senten.excom
munica.ex officij.ꝛ.c. cū pro causa. de iudeis.c. ita quorun
dam.l.iij.§.ex plurimis.de acquiren.possés.nec é nugatio
inutilis:qꝛ possibile est ꝙ tm̄ constabat ex sententia ꝛ non ð
alijs.de re iudi.sicut.de probatio.in presentia.Item possi-
bile est sententiam latam nulla subsistente probatione vel
ꝯfessione. ꝛ si erit etiaꝫ iusta ꝛ ab ea nó appellabitur tran-
sibit in rem iudicatam.ꝛ sic dabitur notorium sententie:si-
ne alijs.de re iudi. cum inter nos. Nota bene hoc dictum
quia Cald.aperte vult hoc ꝙ valeat sententia sine probati
onibus:contrarium sentit glo.in.c.ecclesia.de consti. de h
dixi ibi.ꝛ in cle.per Barto.in.l.prolatam.C.de senten. Et
Innoc.de conces.prebenda.post electioné ꝛ hoc tenet etiá
hic Joannes andre.allega.dictam.l.prolatam.ꝛ.C. de ac
cusatio.l.si accusatoribus.ꝛ.l.absentem.Sed videtur ꝙ
id quod constat confes.vel sententia non sit notorium.talia
enim possunt esse falsa.ꝛ sic ꝙ non est:erit notorium:quod
impossibile videtur:quia de non ente non est scientia vel no
ticia:multominus notoriuꝫ. ponit hoc Vincen.de accusa.
euidentia.ꝛ ponit idem Vincen.etiam in decre.tua.ꝫ. eod.
quod recitat specu.in .§.notorium.versicu.nunꝗ per cófes
sionem.in.ij.colla.ꝛ ponit hic Joan.and.dicens ꝙ talia nó
sunt notoria ꝗꝗ quandoqꝫ super eis aliquando habeat lo
cum processus notorij.quod est contra tex.ꝫ.c.fina.sed dicit
Joan.andre.ꝙ proprie ꝛ stricte sumendo illud est notoriū
ꝙ est notorium facti.Alia autem notoria vt per probatióeꝫ
vel aliter improprie sunt notoria ꝛ artificio iuris vt per pro
bationé vel aliter iꝓpꝛe sūt notoria:quod est notandū pp
statuta.ad hoc facit optime tex.de elec. dudum.ij.non ob.
id ꝙ non est:non potest esse notoriuꝫ: quia est verum vere
sed a iure potest haberi fingi ꝛ presumi notorium ꝛ pro no
torio.ideo dicimus ꝙ sententia pro veritate accipitur.ff.de
re iudi.l.res iudicata.ꝛ.l.penulti.ff.de iusti.ꝛ iur.ꝛ de re iu
di.cum inter.ff.de sta.ho.l.ingenuum.hec autem vera sunt
rochiano. Et est ar. q si ecclesia non est parrochiana non possit detrahi quarta. vnde facit q de relictis ab epo: vel principali rectore ecclesie alibi eligente sepulturam: nihil d beatur. de quo per bertrandum in cle. ne romani. de electi. ¶ Nota q de iure communi portio que debetur ecclesie parrochiali est quarta. ¶ Ultio nota iūcta superscriptio ne q etiā per ecclesiā cathedralē d relictis a suo parrochia no. detrahitur quarta portio: alia non habetis notabilia. ¶ Oppo. et videtur q id quod hic disponitur non sit statutū nouiter: sed etiā olim. s. eo. c. i. et quasi per totū. Cuius cōtrariū innuit verbū statuimus: et est ius cōe cuiuscūq ecclesie. non spāle priuilegiū ecclesie cui loqtur. Docto. fatētur contrarium. Unde exponunt. i. statutū declaramus. Nam de vna ecclesia proprie nō fit statutū: sed potius priuilegiū. Hosti. vero dicit q ex quo statutū de vna ecclesia est redactū i corpore iuris p sumitur ius cōe: quo ad oēs ecclesias: nisi appareat aliud de mente statuentis: et si ponat nomen ecclesie expresse i statuto: denotat accidentiā facti: et videtur potius nominata ecclesia: quia sic in facto accidit. q q velit eē priuilegium: alf. §. sed quod principi. Insti. de iure naturali: et. l. imperialis. C. de nup. et. c. statutū. de cōces. preb. Alle. etiā Hosti. notata p se. et alios in prohemio gregorij no: nec curandū: quia snia eius ēt inter ceteras personas habetur pro iure de re iu. in causis. ¶ Secundo doc. per hāc decre. concludunt q nedum ecclesia parrochialis detrahit quartam de relictis ecclesie sepulture electe: sed etiā cathedralis: si parrochialis sit. Nā hec ecclesia fauentia erat cathedralis et etiā parrochialis: et dicunt q fiet duplex detractio quarte: vna a capitulo rōne ecclesie parrochialis que ē dimidia inter capitulū et episcopū: secundū ea que vidistis. s. de testamentis. requisisti. Episcopus vero detrahet canonicā episcopalē: et sic duas quartas detrahet ecclesia: qz diuerso iure facit: vt. s. de testa. Raynucius. et Raynaldus. Unde dicebat Pe. q contingere potest q diuersi episcopi detrahent canonicas suas de eodem legato: vt si ecclesia parrochialis sit sub vna diocesi: et ecclesia electe sepulture: sub alia: de quo. s. e. c. proximo. ¶ Quero an quarta episcopalis ante electionē sepulture sit episcopo relinquendam. Hosti. dicit q licet portio debita parrochiali ecclesie. relinquenda sit ante electionē sepulture: iuxta opi. suam: de qua. s. e. c. i. non tamē sic est i canonica debita episcopo: quia ante electionē sepulture non necessitatur ad illa relinquendaz. Ratio potuit esse: quia episcopus est potens cōmuniter: et per consequēs non defraudabitur ab ecclesia sepulture electe. Alie autē ecclesie non sunt ista cōiter potentes: fm eum secunduz quod dictuz fuit in. c. i. quo ad validitatem electe sepulture: non est differentia inter debitā parrochiali ecclesie: et debitā episcopo: quia vtrobiq valet: est tamen differentia: et hoc satis voluit Hostien. licet obscure: quia debita parrochiali ecclesie est principaliter: et originaliter debita a parrochiano: et si non relinquit transit onus ad ecclesiā electe sepulture: non autē sic in debita episcopo: quia nullum ius necessitat ad eam relinquendam: sed solum debetur episcopo propter coniunctionē: quā habet cum ecclesia subiecta: et sic originaliter et principaliter oritur a defuncto: secus in debita parrochiali ecclesie. Effectus autē est diuersus: propter ea que dixi in. c. officij. de testa. ¶ Uenio ad glo. et quero primo de quibus debetur quarta. dicit glo. q de relictis iure legati: et pro anima: de quo dic. vt in. c. ij. s. eo. ¶ Secundo videtur q debeaf medietas. s. c. relatū. vt tertia. s. eo. c. i. dic q in hoc statur consuetudini. j. c. proxi. et dicit Inno. q regulariter debetur hec quarta. fallit. j. c. in nostra. de testa. c. fi. et est ar. q maior ecclesia non sit magis religiosa quam monasteria: secundum illam opinionem que dicit: q semper est eligendus locus magis religiosus: tamen hoc argu. non colligeretur tenendo communem opinionem. de qua in. c. fraternitatem.

Antonius de Butrio.

c **Ertificari.** Jo. an. cōmentauit hāc decre. et multa exquisita p sequf et pertractat: que obmittatis: et plurimum cōmētū extraxit de dictj Inno. et Host. lati° tñ et ordinati° ponēdo dicta eoz: et breuiter dicit. In quātitate que debetur parrochiali ecclesie: statur consuetudini. h. d. et est cōis diuisio: secunda. ibi. cum autē. Secunda subdiuiditur: quia primo ponit duas diuersas diffinitiōes antiquorū: quas secundo. ibi. nos tale. ad varias consuetudines referendo cōcordatias: auctoritatē interserens. ibi. et sicut diuisio fuit Jo. an. ¶ Nota q de iure de relictis ecclesie electe sepulture portio debef parrochiali: quātitas autem portionis est consuetudinaria. ¶ Secundo no. q illd dicitur de iure de relictis ecclesie electe: et de iustitia debitū quod est debitū iure consuetudinario rationali. ¶ Nota q ad diuersitatē locorū datur quandoq diuersum ius cōsuetudinariū. ¶ No. illud quod dicitur in littera. q quelibet prouincia abundat suo sensu. Et nota. quid significent ista verba facias tuo sensu: qz intelliguntur de rōnabili sensu. fm Jo. an. de quo. s. de cōsue. c. i. et. c. ne initaris. ¶ Nota q priuilegia interpretantur et declarantur secundum naturam consuetudinis loci in quo emanant: et sic nota quod potius recipiunt priuilegia interpretationem a consuetudine q a iure: stante consuetudine speciali contra ius q nota. propter statuta. ¶ Alia notabilia generalia colligit. Jo. an. s. in certis querendam certitudinē. alle. xxx. q. vlti. §. penul. de spon. matri. c. de muliere. Insti. de actio. §. curare. Itē q in dubijs maxime diffinitionū papalium: recurrendum est ad papā: de quo. qui. fi. sint le. per venerabilem Item q ex dictis sanctoruz doc. negocia sicut cause ecclesie diffiniri debent ad hoc. xx. alias. xxx. di. §. i. per totum. ¶ Q: habetis notabilia. Uenio ad exēplificādā materiā in cuius exemplificatione sequor hunc ordinē. Quia primo de quibusdā tactis ad ornatū littere. per Jo. an. trāsibo. remittendo quedam etiā textualia. Secundo venio ad glo. tertio ad cōmentuz. Jo an. ¶ Uenio ad primuz: et querit quid est certitudo. dicit q determinatio intellectus ad verum: que certitudo tenenda est dimissa incertitudie. de pe. di. vi. c. ij. ¶ Secundo insistat de verbo ecclesia qliter multipliciter assumitur in iure: et quid cōprehendaf appellatione ecclesiaz: et dicit q monasteria ēt de q vidistis d psuetudine. c. ij. et habetis gl. de sup. neg. pre. grandi. in. vi. Tales. n. eccl'ie lz sint regrares: si tñ sint prochiales dñt hre qrtaz. j. ti. i. dilecti. et. c. suggestū. Tractat ēt quō verbū sumif articulis de quo in. c. presentiū. in verbo articulis: de test. in. vi. ¶ Quero si non sit consuetudo regioni: sed alterius loci. particularis: vt diocesis: vel ciuitatis: an seruabif: dicit Jo. an. q licet verbū regio proprie denotat loca regi subiecta: de vi. et ho. cle. vt clericorū in fi. de obseruātia ieiunioz. c. ij. non tamē putat qd ad determinandaz hanc quantitatem portionis: requiratur cōsuetudo prouincie: vel regni: sed sufficit q sit consuetudo diocesis aut loci particularis. et ad h litteras: que dicit pro locorū diuersitatibus: et si de propria consuetudine non apparet dicit recurrendū ad consuetudinē vicinorū locorū prouincie. de cōsue. cum olim. de censi. super eo. de cogna. spi. super eo. ¶ Secundo dicit q in quantū hec decre. dicit consuetudinē attendendā in limitāda h portione: fallit in minoribus: et predicatoribus: in quibus: reiectis consuetudinibus: determinata est hec portio: ad quartā. i. ide. du dū de sepul. et sic videntur velle doc. q casus huius decre. non practicaref in minoribus: et predicatoribus: in quibus reuocatis consuetudinibus contrarijs reuocata est quarta per constitutionem bonifacij innouatam per cle. dudum. de sepul. et sic sentit Jo. an. q illa cle. cassat consuetudines prefatas. intelligitur etiam futuras cassare. quod non est sine dubio: propter notata in cle. statutj. de electione de carmelitj et heremit. idem nota in. §. verum in glo. alle. super glo. vt patet de remit. Hostien. de

eo quod dictum est de consuetudine ad.c.cum olim.s. de consue. ⁊ p hoc videtur ꝙ inquantum regula cle. irritat pacta ⁊ conuentiones: etiam respiciat pacta ⁊ conuentiones futuras: quod nō est sine scrupulo: propterea que notantur in cle. in consuetudinem. de elec. ¶ Venio ad glo. que sūt hic. glo. i. ibi eligit sepeliri pondera hoc. quia sentit veram opinionem: quasi secus si alijs reliquerit. Hostien. contra de quo vidistis. supra. c. i. de arbi. libro sexto. Itē pro hoc secunda in obscurum de re. iuris in sexto. Item quia noua iura appellant illam quartam. de prescriptio. de quarta ⁊ de censi. cum olim. ideo quarta debet appellari: saluo nisi ex cōstitutione: pacto: vel consuetudine: aliter appelletur ɓ verborum significatione. ex parte. el. iij. secūdū Hostien. ¶ Ex predictis venio ad tertium. ⁊ hoc ꝙ hic extenditur de priuilegio sepulture. ¶ Querunt doctores qui possunt dare priuilegiū sepulture. Dic omnis ecclesia parrochialis: de eo ꝙ est parrochiana censetur a iure communi habere ius sepulture. s. c. fraternitatem aliquid dictum fuit supra eo. c. i. ⁊ dicetur. j. titulo. i. super rubrica. oportet tamen ꝙ prius cimiterium assignetur: per episcopum: ⁊ benedicatur secundum formam de conse. distin. i. nemo: ⁊ debet esse secundum antiqua iura in maioribus ecclesijs. xl. passuum in circuitu. in aliis. xl vij. questione. iiij. sicut antiquitas: nisi cymiteria sint intra cancellos: ⁊ loca arta. c. q̄ōnē quisquis.

Item ⁊ in non artis quandoq̧ determinatur minus q̄ꝫ sit dictum: ⁊ illud est seruandum: vnde in cymiterio predicto potest parrochianus sepeliri: etiā quisquis si ibi elegerit sepulturam: ⁊ hoc quando cymiterium est assignatū liberum: secus si non liberum: vt quia reseruatur materia cū alia ecclesia in limitibus eius edificatis. de prescrip. ex transmissa. Item quandoq̧ conceditur ꝙ solum infantes ⁊ mulieres ibi sepeliantur: tales enim reseruationes ⁊ pacta tenent de pac. c. i. in sexto. ⁊ sic potest loqui de ar. ad audientiam. j. de ecclesijs edificandis. Item reseruari potest scrutiniū. ⁊ baptisma. vt. j. de capel. mo. dilectus. ⁊ de maiori. ⁊ obedien. c. cum olim: ⁊ his q. Sic ⁊ reseruentur decime de terris ecclesie antique. j. de decimis. cum contingat: tales āt ecclesie parrochiales. potius de iure cōmuni: q̄ꝫ ex priuilegio vel consuetudine censentur habere ius cymiterii. ⁊ funerandi: ⁊ concludunt doctores ꝙ talia cymiteria sunt que proprie a iure habent limitationem: seu immunitatē: nec violari debent. xvij. q. iiij. si quis. Item nec ibi debent fieri negationes: nec cause seculares tractari de immunitate ecclesiarum inter. ⁊ de conse. ecclesie. consuluisti. de immunitate eccle. decet. in sexto. Hoc in habentibus populum: in non habentibus populum an inferior a papa: puta episcopus: possit concedere ius cimiterij aut sepulture. Ioan. an. dicit ꝙ quilibet episcopus in sua dioceси. potest concedere hoc ius etiam ecclesijs existentibus inter limites alterius ecclesie. quia possunt donare centesimam de bonis episcopalibus: pro sepulturis magnificandis. quod est plus. xij. q. ij. bone rei. ⁊ c. nostra: ita vt possint cōcedere ius cymiterij. ad hoc allegat istum textum cum decisa eius: quia in antiqua erat in priuilegiis nostris: quo ad verbum nostris: postea fuit decisum ad denotandum ꝙ etiam inferior a papa competeret hoc priuillegium dare. Non obstat cle. dudum de sepulturis. vbi per solum papam videtur posse cōcedi. dic ibi. conceditur mendicantibus per vniuersum: quod per solum papam fieri potest secus si in vno loco tantum. Nec obstat etiam ꝙ preiudicatur parrochiali ecclesie in cuius limitibus est sita: ⁊ sic inferior a papa non potest de excel. prela. c. ij. adeo ꝙ legatus etiam non potest preiudicare tertio de cōfir. vti. c. ii. vbi bonus textus. qr respōdet Ioā. andre. ꝙ non preiudicat per hoc quia poterant parrochiani alibi eligere sepulturam: vnde parrochiani remanent liberi: dat simile. xi. questione. j. peruenit: fatetur tamen ꝙ facere debet cum consensu capituli: ⁊ ex iusta causa. de reli. do. constitutus: ⁊ est simile quod nota. j. de priuille. in his. Unde dicunt q̄ꝫ non requiritur consensus ecclesie: in cuius limitibus hoc fuit dummodo causa intercedente fiat; vt est dictū sed diceres alius a papa non potest alteri in iure suo preiudicare: dic ꝙ episcopus alicui capelle concedens ius sepulture: non preiudicat alteri ecclesie: quia nihilominus parrochiani prioris ecclesie poterant alibi eligere sepulturā: ⁊ h̄ non coguntur parrochiani facere in noua ecclesia. quia remanent liberi. Quid si per papam conceditur alicui ecclesie priuillegium libere sepulture: nec est adiectum: salua iustitia ⁊c. An poterunt ecclesie parrochialis detrahere suam portionem: de relictis a parrochianis suis illi ecclesie sic priuillegiate: in qua eligunt sepulturam? Respondet ꝙ sic: quia non debet plus concedere hoc priuilegium q̄ꝫ ius cōmune: sed licet concedatur sepultura per ius commune: parrochiales ecclesie detrahent sibi debitum: vt toto hoc titulo: ergo fortius a tali ecclesia ne alias cōtingat operari: plus priuillegium q̄ꝫ ius commune eodem casu. argu. de priuille. c. i. in sexto. alias sequeretur ꝙ in tali ecclesia possent sepeliri: alias prohibiti: de quibus in cle. eos qui eodem titulo. Unde omnes exceptiones quas recipit ius commune: recipit etiam priuillegium concedens id quod ius cōmune. argu. de cleri. non resi. c. cum dilecti. ⁊ c. ad audientiam. ⁊ l. si quando. C. de inoffi. testamento: ⁊ c. i. de rescrip. dat simile: quia licet data sit libera facultas eligendi subdyaconum per tex. de etate ⁊ qualitate. a multis: per h̄ non habebit plus q̄ꝫ dyaconus: vel presbyter: quia satis est ꝙ illis equiparatur: ⁊ per hoc patet quod priuilegium multum confert: facit de vsu. pa. ex tuarum. per hoc non obstat de priuillegijs in his: ⁊ hoc quod nota de peniten. ⁊ remissi. omnis. ¶ Glo. ꝙ si alicui conceditur ꝙ possit eligere confessorem: intelligitur petita licentia parrochiani: nec obstat si dicatur ꝙ clausula illa: salua iustitia: nō operabitur: quia fatendum est: quia ponitur ad maiorem declarationem si. s. de rescrip. mandatis. nec obstat etiam cle. dudum. vbi excipitur ꝙ debeatur quarta parrochianis ecclesiis. quia ibi fit ad maiorem declarationem: ⁊ quia sic est secundum ius cōmune. vnde licet plus prosequatur: q̄ꝫ expediat conclusio est ꝙ a priuilegio semper intelligitur exceptum ius tertii. de offi. delega. super eo. ⁊ l. ij. §. si quis a principe. ff. ne quid in loco publico. Hec omnia intelliguntur repetita in quarta episcopali. si concedatur priuillegium simpliciter: vel salua iustitia ecclesie episcopalis: vbi illi priuilegiati exempti non essent. alias secus quo ad illam: vt dicā. j. c. proximo. ⁊ dictum fuit. s. c. de his: ⁊ de testa. requisisti per hoc dixi in testamento de facto ꝙ licet alicui clerico cōcedatur facultas testandi de bonis ecclesie ex priuillegio: ꝙ licet testetur eligendo sepulturam: per hoc nō minus de relictis poterit quarta detrahi. ¶ Quero an sit differentia an dicatur salua iustitia: an salua canonica. Hostien. ꝙ sic quia primo casu oportet ꝙ ante detur q̄ꝫ eligatur sepultura: vel ante q̄ꝫ corpus tradatur sepulture: quia hoc est iustū. s. eo. c. i. ¶ Secundo casu sufficit ꝙ post detur: vide notata. s. eo. cū super. ipse prosequitur opinionem suam damnatam. de qua. s. eo. c. i. Unde concludit Ioan. andreas ꝙ vtroq̧ casu valebit electio sepulture. Sed postea debebit solui: nec habet consuetudo ꝙ ante soluat: ad hoc qr vt venit hec portio soluenda de legatis vel funeralibus. Legata autē non capiuntur: nisi post morte: ergo ante: ecclesie electe sepulture soluere non possunt. Item funeralia similiter fiunt post mortem: ergo ⁊c. ¶ Quero statur consuetudini indeterminanda quota: si sit dimidia: vel quarta: vel tertia. Quid si sit alia quota: puta quinta vel alia hic non expressa: an in priuilegio dicatur salua iustitia intelligatur de tali. Ioan. andreas dicit ꝙ Hostiensis. j. eo. in summa. §. verum. Dicit ꝙ consuetudo valet de omni quota: dum tamen sit prescripta. de re iudi. c. quo ad consultationem in fine. ⁊ de testa. Raynutius. in fine. C. de inoffi. testa. parentibus. de consue. c. cū olim relinquatur: ergo differētia sub

lis secundum eum:quia si ecclesia velit acquirere quotam hic expressam:non requireretur q̄ sit consuetudo prescripta: quia non est contra iura:alias sic.ar.eorum que nota.de consuetudi.c.finali.et eo.titulo.c.ij.et finali.libro sexto per ea autem que dixi in dicto.c.finali.apparet q̄ hoc dictum non est ex toto verum:et ei etiam repugnet aliqualiter quod dicitur de causa pos.eu3 ecclesia super gl.i.seu finali ad finē. Nō insisto plus pro modo. ¶ Quero an teneat consuetudo q̄ nil debeatur parrochiali ecclesie. Guil.naso tenet q̄ non:quia hoc est contra dictum.c.i.vbi dicit sicut consolationum socij.etc.et hanc quartam partem ponunt in quarta episcopali.nisi consuetudo legittime prescripta sit:et sic intelligitur.c.de quarta.de prescrip.et idem videtur velle de parrochiali:et sic ex prescriptiōe cum titulo.potest queri:et ide3 tenet mattheus eo.titulo in cle.dudu3.et recitat Ray.ide3 tenuisse in summa sua scilicet illa3 imprescriptibilem: quasi irrationabilem consuetudinem. ¶ Quero de practica libellandi in materia ista petitionis quartarum: an debet exprimere q̄ petat quartam canonicam:an consuetudinariam.primo premitte q̄ aliud est portio canonica:aliud cōsuetudinaria:quia prima est proprie quarta.vt dixi cum gl. finali. ¶ Secunda potest esse media: tertia:vel alia.modo pone quod dicitur peto portionem debitam:vel canonicam:an procedat libellus:an vero cogetur exprimere: an canonicam an consuetudinariam petat: videtur q̄ sic:quia reus non est certus an vellit cedere:vel contendere: ex quo libellus potest dupliciter intelligi:et posset vno casu cedere, alio casu contendere.ergo non procedit: nisi exprimatur argu.de libelli.ob.c.i.et secundo. Nec ob.de reli.domi. c.cōstitutus:vbi procedit petitio:peto ius episcopale quod illud est certum:et a iure determinatū. patet ex.c.conquerēte.de offi.ordi.nimirum.si procedit libellus. Nec obstat si dicis ius episcopale: potest comprehendere aliquid consuetudine debitum.vt denarios sancti petri.ō prescrip. auditis:et hoc non semper est certum:ergo no deberet procedere libellus simplex super iure episcopali: et tamen procedit.ergo etc. ita hic dicemus in petendo quartā:quod cōprehendat aliquid:etiam consuetudie debitum: quia venit accessorie ad principale petitum:ita q̄ in petendo ius episcopale petitum:et vt accessorium ad principale petitum. s3 petendo canonicam ius consuetudinarium venit: vt principale debitum:et sic vult Inno.aperte q̄ in petitione iuris debiti veniat consuetudine debitum:si accessorie veniat:secus si principaliter:et de isto dicto feci mentionem in.c.cum ad sedem de restitu.spolia.vbi declaro istam materiam: et in.c.conquerente.de offi.ordi.vt tetigit Innocen. et tetigit etiam in dicto.c.constitutus.Item assignat rationem.quia denarii sancti petri ideo inducuntur et procedit petitio iuris episcopalis:quia semper reperitur:q̄ concurrunt ista simul:quando sunt debita:et sic claudi potest sub petitione simul:nec est varietas:secus in casu proposito: quia varietas est: q̄ iste portiones nunquam concurrunt simul: quia vel debetur debita de iure:vel illa de consuetudine: ideo non procedit libellus. alle.q̄ nota ff.de rei vendi.l.que de tota. de li.ob.c.ij. Concludit tamen q̄ si petens esset incertus. que portio deberetur:an de iure debita. an consuetudinaria:q̄ propter incertitudinem admitteretur libellus generalis.argu.iurium preall.et.l.i.§.quod autem .ff.quorum lega.secundum Inno.Hostien.autem dicit q̄ petens canonicam:si aliud non exprimit:intelligitur petere quartam.argu.eorum.que dicta sunt in glo.finali:et sic libellus non esset incertus. Or aduerte duo sunt discutienda:primo an in petitione canonice includatur consuetudinaria. Secundo posito q̄ includatur an procedit tunc libellus. ¶ Ad primum Innocen.sentit q̄ sic.Hostien.q̄ non: dico sic q̄ petens canonicam intelligitur petere quartam: si tamen in prosecutione appareat ex proba.q̄ debetur consuetudinaria:q̄ est aliqua de his expressis:satis est canonica et debita quia a consuetudine approbante iur. ideo in petitione iuris debiti includeretur:et sic potest vno modo intelligi Innocen. Si autem sit alia portio q̄ de his expressis: potest esse maior dubitatio:tamen idem credo: quia fundamentum substantiale debiti est iure communi debitum:licet accidens sit consuetudinarium: ideo includitur sub petitione canonice.vel iuris debiti de iure commu.vt est casus et dicunt doctores.J.de reli.domi.c.constitutus.vbi casus. secundum intellectum docto.de quo dixi de officio ordi. conquerente:et de restitu.spolia.cum ad sedem: et sic bene dicit Inno. ¶ Ad secundū potest dici:q̄ si nō petitur vt declaretur libellus procedit:alias si petitur procedit si pars est incerta:alias non ꝓcedit: hoc est si petitur vt non declaretur libellus procedit:si non petitur si est certa procedit: si non est certa non procedit. ¶ Quero an procedit iste libellus.peto quartam omnium relictorum tibi in testamento talis:vel quarta3 obuentionū bonoꝝ eius vel peto quartam iudicij parrochiani mei.vel peto quartam omnium q̄ reliquit parrochianus meus pro salute anime tibi:vel peto quartam omniu3 que percepisti:occasiōe sepulture parrochiani mei.et sic an sufficiat expressio persone:dato q̄ generaliter res petantur. Quidam q̄ sic:quasi ista petitio sit vniuersalis. Ideo admittitur: sicut admittit petitio gregis et armenti sine expressione capitum.ff.de rei vendi.l. qui gregem:et.l.se. Nam legatarius vniuersitatis:licet possit agere ad res singulares: potest tamen vniuersaliter petere id quod est legatum .ff. de peculi.lega.l.si peculium.et de lega.iii.l.si chorus.in prin.hoc dictum placet:sed non ratio: quia secundum eū hec petitio non est vniuersalis: eo quia nihil est hic vniuersale:nec aliquid est quod comprehendatur sub aliquo signo vniuersali.idest sub nomine collectiuo rerum: vel vniuersitatis: vel sub signo vniuersali iuris: non enim hec legata constituant gregem vel armentum vel faciunt vniuersitatem iuris: vt est ius episcopale:vel hereditatis. Si enim esset legatum vniuersale. haberet a iure aliquod nomen iuris:quod tamē reperitur habere.ergo.etc. Sibi tamen placet dictum: quia satis potest reus deliberare:an cedere velit:an contendere: per talem libellum:ideo debet admitti. arg.l.i.ff. de eden.et.l.edicta.C.eo. titulo et argu.l.si in rem.ff.de rei ven. vbi sufficit dicere peto seruum:qui fuit in tali hereditate: dicit tamen q̄ oportet q̄ postea in prosecutione res specifice declarentur: et dicit ħ expressum: q̄ talis libellus procedit.C.quando et quibus quarta pars debetur.l.i.et.ii.et.§.eodem.c.i.et.ij.et.c.relatum.et.c.cum liberu3.in fine:et.c.sequen. vnde concludit postea in alia parte. Glo. q̄ licet hec petitio non sit vniuersalis:quia non habet adeo nomen iuris signās id quod in petitione comprehenditur:tamen est generalis. Est tamen differentia inter hec:vt notatur de offi.ordi. conquerente. per Innocentium et per doctores.in.c.i.et.ij.de libel.obstat. et per legistas in.l.i.ff.de eden.et in.l.edicta.C. in eodem titulo. Oportet tamen q̄ post modum specificentur in prosecutione iudicij:vt est dictum:licet secus sit in petitione generali: vel vniuersali:quia sufficit in executione declarari: hoc dictum cofirmat quod dicit q̄ hec petitio est generalis.peto quicquid possides in tali villa.alle.ff.de euic.l. serui venditor et.ff de no.op.nunc.l.de pupillo.§.quia nunciat et de fide instru.inter:et q̄ hec petitio censeatur generalis. et non vniuersalis.facit quod scribit Innocentius de iurepa. ex litteris.vbi tenet quod hec venditio:vendo tibi bona mea omnia:que habeo in tali loco: non est vniuersalis: sic et in proposito non est vniuersalis petitio: sed generalis: sicut quando fit petitio in ditiōe administrāda ō sale vel vino:et huiusmodi: et procedit petitio aliter non specificatis capitibus:hec videtur limitare vera quando hec petitio datur agendo actu personali:sic agendo conditione ex decre. ex quibus hec portio debetur:quia hec petitio est apta comprehendere nedu3 eos: sed etiam iura:vt si forte testator le-

gasset iura:ideo sapit generalitatem. argu.l.ij.C. de here.
vel act.vendi. ⁊.ff.de heredi. vel actionibus vedi.l.i.vbi au
tem hec petitio dirigitur reali actione: forte agendo reali/
ter ad istas res:si esset possibile: dicit ꝙ non admitteretur
petitio:quia hec petitio realis restringitur ad res: nec po/
test comprehendere iura: ideo oportet res specificari.alle.
.ff.de rei vendi.l.si rem.cum tantum sit apta comprehende/
re corporalia. Et non incorporalia: vt dictum est:sm Inno
centium. Et nota bene quando dicatur petitio generalis: ⁊
quando vniuersalis: quia dicitur vniuersalis quando ha/
bet nomen iuris. de materia habetur per Innocentium.in
.c.conquerente:que transfert Joannes andreas ad.c.ii. de
libel.obla.⁊ aliquid in.c.cum ad sedem.de restitu. spolia.
⁊ aliquid de officio archidiaco.in.c.finali.plenius tamen in
dicto.c.cum ad sedem:⁊.c.conquerente. ¶ Quero an pro
cedat hec petitio:peto quartam relictorum a parrochianis
meis:⁊ differt hec questio a precedenti:quia supra proxima
questio: petitio est generalis: quo ad res: ⁊ specialis quo
ad personas:quia exprimitur parrochianus: ⁊ eius psona.
hic vero petitio est generalis:quantum ad res: ⁊ quantum
ad personas:non expressis nominibus personarum: a qui
bus legata fctā fuerūt:de qbus quartā petit. Quidā dicūt
ꝙ hec petitio procedit:nec est necesse ꝙ fiat aliqua expres/
sio nominum sepultorum.fundamentum horum de deci/
mis.dudum.⁊ de prescriptionibus.veniens. Reducendo
Innocentium ad aliquem ordinem:quia inordinate loqui
tur:in effectu distinguit tria membra:quia portio quando/
qꝫ principaliter dirigitur ad ius: nec in consequentiam ali/
quid petitur declarari circa res:sed solum circa ius: quan/
doqꝫ principaliter dirigitur ad ius:⁊ in consequentiam ali
quid petitur declarari:circa res. Quandoqꝫ dirigitur ad
res.primo casu quando ad ius principaliter:nec aliquid pe
titur circa res.vt quia dicit peto declarari ius mihi esse per/
cipiendi quartam omnium relictorum a parrochianis: eli
gentibus sepeliri in tali ecclesia:tunc quidam dicūt ꝙ pro
cedit petitio:etiam non nominatis aliquibus parrochia/
nis:dant simile in petente sibi ius esse decimandi in certis p
sonis:quia non est necesse exprimi singulariter personas:
sed sufficit dicere peto declarari seu decerni ius esse deci/
mandi possessores:in tali villa:vel parrochia: vel exercen/
di iurisditionem in tali castro:⁊ personas castri: nec est ne/
cesse aliter exprimi personas.alle.de offici.ordina. conque
rente.assigat causam:quia hec ē petitio vniuersalis:vel sal/
tem generalis. Aliquibus tamen non placet hec ratio:
quia dicunt ꝙ hec non est petitio vniuersalis vel generalis
immo est singularis: quia hic vna sola res petitur scilicet
ius dcimādi:aut iurisdictiōis exercēde:aut ius deqrtādi:⁊
ide ꝯcludūt ꝙ lꝫ snia ꝓferatur ꝓ actore:ꝙ sibi sit ius deci
mandi:vel iurisditionis exercende:vel detrahendi quartā
de relictis:ꝙ hec sententia non habebit preiudicare particu
laribus personis:que haberent priuilegium contra huius/
modi ius:vel aliter essent exempti:prescriptione:vel alio iu
re. Ratio quia sententia que ad vniuersitatē redditur non
preiudicat singulis.xii.questione.ii.qui manumittitur: hec
ratio potius concluderet contra eos: stemus ergo in con/
clusione Innocen.in qua residet ꝙ dicta petitio est vniuer
salis:aut saltem est generalis: sed potius videtur conclu/
dere ꝙ sit vniuersalis.sicut illa peto ius episcopale. argu.
nota.in.c.conquerente.preallc.⁊ ex quo bene sequitur ꝙ hꝫ
petitio si est vniuersalis:sententia lata non habebit preiudi
care particularibus habentibus ius exceptionis: eo quia
non respicit habentes ius diuersum talis sententia sup vni/
uersitate lata.fatetur tamen ꝙ in prosecutione habebit spe
cificare: ⁊ hoc de primo. ¶ Secundo casu quando princi/
paliter ad ius dirigitur:⁊ in consequētiā petūtur res: vt qꝫ
agit confessoria:dicens sibi ius esse habere quartam reli/
ctorum a parrochianis suis:eligentibus ibi sepulturam: ⁊
petit declarari rectorem ad hoc teneri:⁊ petit ꝙ condamne

tur ad restitutionem quarte omnium relictorum:⁊ omnium
rerum:que percepit ex legatis:tunc dicit ꝙ non est necesse
ꝙ exprimantur persone:immo sufficit ꝙ sic generaliter: vt
dictum est petatur:ibi tamen postea artatur ad specifican/
das res ⁊ personas:ut sequatur condemnatio ad res. dicit
ꝙ in istis petitis generalibus: si sentētia contingeret in pre/
iudicium tertij:sententia non deberet fieri contra illum ter/
tium: Sed tantum debet condemnari principalis: contra
quem directa est petitio ad interesse.vnde per ista dicit:ꝙ
si quis petat declarari sibi ius esse instituendi clericos in ta
li ecclesia:in cōtumaciam petat remoueri omnes aliter ibi
īstitutos: ꝙ hec petitio tenet: quia est generalis: licet aliter
psone non specificentur: dicit tamen ꝙ hec sententia non
preiudicabit tertio: vt amoueatur:nisi forte esset sciēs cau
sam agi eo quia non extenditur sententia quando principa
liter agitur inter aliquos ad tertium ignorantem.l.ii.ff. de
re iudi.⁊ supra de re iudi.c.qꝫuis. Sed promulgaretur tūc
sententia contra principalem ad interesse:eo quia ibi male
essent instituti:ideo formaliter dicit in practica: ꝙ si actum
est contra aliquem: ꝙ illi non sit ius instituendi in talibus
ecclesijs:⁊ tales a talibus ecclesijs remoueri ꝙ non feretur
sic sententia. Imponimus tibi silentium:super iure institu'en
di.⁊ tales sententialiter amouemus a talibus ecclesijs: sed
damnabit instituentem ad interesse eius ꝙ interst actoris
tales non fuisse institutos:nisi forte posset efficere: ꝙ illi ta
les instituti:male renunciarent. Nam vbicunqꝫ is contra
quem agitur non habet potestatē rei restituēde:que ab eo
petitur propter factum eius condemnatur ad interesse.ff.d
dolo.l.arbitrio.§.primo.⁊ de sententi.excōmunica. sacro.
Qualiter autem extimetur ad interesse. Remittit ad nota.
infra qui.fi.sint legi.causam. Per predicta vlterius dicit
ꝙ si aliquis agit interdicto vnde vi:quacunqꝫ acti. si reus
petit exprimi nomina sepultorum: vel petat exprimi res in
quibus damna data sunt:vel petat exprimi fructus perce
ptos a possessore:licet sit bonum exprimi:non tamen cogi/
tur actor quia petitio est generalis. ¶ Tertio casu quan/
do petuntur res specificate: vt quia petuntur quarte relicto
rum a parrochianis: tunc licet fuerint opi. Innocen. ad
heret ꝙ non procedit petitio non expressis personis: sed be
ne admittetur petitio:peto quartam omnium relictorum a
tali parrochiano:nominando eum:mouetur quia per talē
libellum non est certus reus:an velit cedere: vel contende/
re:⁊ dicit ꝙ si talis libellus admittatur: non debꝫ admitti:
nisi cum magna difficultate:⁊ non nisi cum iuramento. ꝙ
actor nescit sepultorum nomina ex malitia rei: vel aduersa
rij:vel aliter ex iusta causa: quos tamē credit posse scire no
minare:postea per testes producendos. Non obstat quod
supra dixi:ꝙ procedit petitio generalis: quo ad res: ⁊ non
tamen quo ad personas:quia certificari potest de rebus p
instrumenta: aut per testamenta comprehendentia legata:
vel donationes:ꝙ non est sic in personis. Item melius est
ꝙ res declarentur a personis qꝫ persone a rebus:per que di
cit ꝙ non procedit libellus:peto quartam talis fūdi. Nec
obstat de deci.dudum.⁊ de prescrip. veniens.quia vel ibi
aliter fuit declaratio facta:lꝫ nō dicat vel nō fuit petita de/
claratio vel fuit petitio directa ad ius vl'e. Et plus dicit sibi ꝙ
non sit admittendus volens iurare ꝙ non scit nomina sepul
torum: ratio quia nullum preiudicium fit actori: si non ad/
mittitur eius petitio:etiam cum iuramento quo ad eos:de
quibus non recordatur:quia postea non fiet preiudicium
actori. Non obstat exceptio rei iudi.nisi super peti.⁊ est rō
diuersitatis inter secundum ⁊ tertium casum:quare in secū
do casu procedit petitio vel admittitur libellus scilicet si pe
to declarari principaliter ius ⁊ in consequentiam res: licet
nomina non exprimantur:quia sufficit libellum certum es/
se in principali petito:licet in eo quod connectitur non sit
certus: de offi.ordi.conquerente.⁊ de or. cog.c.ij.⁊ quod
ibi.nota per eum ⁊ de libel.obla.c.ij.per glo. Non autem

precedit libellus quo ad tertium casum: nisi in principali pe
tito libellus non potest saluari vt generalis vel vniuersalis:
quia oportet ꝙ in istis singularibus iudicijs fiat expressio.
alias non procedit: quia reus non est certus: tunc an velit
cedere vel contendere. ¶ Ultimo veniamus ad quesitum
vltimum. Joannes andreas vos vidistis ꝙ quarta parro/
chialis non impedit episcopalem: eo ꝙ regulariter diuerso
iure detrabuntur: vt vidistis per hunc totum titulum: vt su/
pra de testamentis. reqsisti. ⁊ c. officij. ¶ Modo ē qstio
quis primo habet detrahere: an parrochianus: an episco/
pus: dicit Joannes andreas ꝙ ad declarationē huius que/
stionis premittit duas opiniones damnatas que fuerūt ho
stiensis: ⁊ reprobātur communiter hodie. ¶ Prima opi
nio erat qđ ecclesia parrochialis debet habere quartam
de omnibus relictis cuicunqꝫ ecclesie: etiam non electe se/
pulture: de quo vidistis supra eodem. c. i. ⁊ hic in glo. i. quia
solum debet habere de relictis ecclesie electe sepulture: ⁊ nō
de relictis aliis ecclesijs. ¶ Secunda fuit opinio ꝙ episco
pus deberet habere quartam etiam de relictis ecclesijs exē
ptis: quod reprobatur in. c. officij. ⁊ c. requisisti: vt ibi vidi/
stis: ⁊ est casus in cle. dudum §. verum. eodem titulo. Con
tra opinionem Hostiensis quia vbi fit mentio prelatorum
comprehenduntur episcopi: ⁊ tamē ibi dicitur ꝙ sola quar
ta parrochialis restituatur per illam cle. ad designandum
seu significandum ꝙ quarta episcopalis non debetur de re
lictis ecclesijs vel personis exemptis. de hoc etiam aliquid
tangetur. J. c. proximo. Modo his presuppositis dicit ꝙ ē
reperire quadruplicem speciem casuum: quia sunt casus in
quibus nulla quarta detrahitur episcopalis: vel parrochia
lis: ⁊ sunt. ix. ¶ Primus casus qñ pscriptū est legittime:
vt nulla quarta dtrahatur: vt dixi supra circa lec. ⁊ patet ex
his que habentur de prescrip. de quarta. ¶ Secundus ca/
sus quando hoc concedit priuilegium papale: vt supra de
testa. officii. Ad hoc. J. c. proximo: ⁊ de reli. do. constitutus.
¶ Tertius casus qñ per donationeʒ episcopi ex causa fa
cta: ⁊ cum consensu capituli: ille canonice sūt remisse: quod
fieri potest. xij. questione. iij. c. finali. d re. eccle. non alic. pos
sessionis causa. vbi no. de dona. pastoralis. super glo. pe. et
de parrochiali idem est: vt patet de eccle. edi. ad audienti/
am. cum ibi. nota. ⁊ dicto. c. constitutus. in glo. hic patet.
¶ Quartus casus quando quis sepelitur in ecclesia exē/
pta: ⁊ nihil legatur alijs ecclesijs non exemptis. tunc episco
pus non detrahit quartam: quia exempta. ¶ Quintus est
casus: quando sua parrochialis ecclesia est cathedralis ⁊
ibidem seplitur ⁊ nil legatur alijs non exemptis: quia tunc
vt parrochialis non detrahet: quia ibi est sepultus: nec ab
alijs detrahetur episcopalis: quia nil est relictum alijs: nul/
la ergo detrahetur: sed fit diuisio inter episcopum ⁊ capitu
lum suum: eius quod obuenit: sicut alia diuiditur. de testa/
mentis. requisisti: ⁊ sic diuidentur in inferiori collegiata ec/
clesia huius vltimi. contra nota. Innocenti. in. c. requisisti.
¶ Sextus est casus quando relinquitur debentibus ha/
bere quartam: cum onere ꝙ non petant quartam: vt supra
de testamen. officij. ⁊ sic videtur ꝙ Jo. extendat illud. c. of/
ficij. ad quartam parrochialem: quod videtur loqui in epi
scopali tantū ⁊ vt oporteat ꝙ sit dictum ꝙ debeant compē
sari: debet id acceptari: alias non computaretur illud reli/
ctum ad exclusionem petitionis quarte. Oꝛ quid dicendū
vidistis disputatis: ⁊ dixi in. c. officij. ¶ Septimus est ca/
sus quando relicta omnia sunt priuilegiata. non in fraudē
de testa. c. finali. de verboꝛuʒ significatiōe. c. ex parte. el. iij.
¶ Octauus ē casus si legantur omnia non in fraudem in
tuitu personaruʒ: ⁊ non ecclesie. de testa. requisisti ad finē.
Saluis tamen in his casibus vltimis: detractionibus que
habent in minoribus ⁊ predicatoribus. de qua in cle. dudū
§. huiusmodi. ¶ Nonus ē casus qñ violentia intercessit
quia tūc nulla detrahitur quarta. supra. c. cū liberū. de quo
dicendum vt ibi. ¶ Secunda species casuū est quibus sol

uitur sola portio parrochialis: quia quandoqꝫ sola parro
chials detrahitur ⁊ non episcopalis: detrahitur illa parro
chialis: quandoqꝫ minuenda per episcopum: ⁊ aliquando
non detrahitur diminuenda per episcopum quando parro
chianus ecclesie non exempte sepelitur per exemptos: quia
ecclesia parrochialis detrahit quartam ab exemptis: ⁊ hic
diminuitur per episcopum: ex quo ecclesia parrochialis
non est exempta: detrahitur vero non minuenda. qñ parro
chianus ecclesie exēpte eligit sepeliri apud alios exēptos.
Nam parrochialis detrahit de relictis exemptis. infra. c.
proximo. Sed episcopus a neutra ecclesia detrahit: vel de
trahere potest: ⁊ hec omnia procedūt siue parrochianus eli/
gat ibi sepeliri: siue non: quia satis est de iure ꝙ ibi sepeli/
tur: vt quia habet ibi sepulturam maiorū: vt nota. infra. c. p
ximo. ¶ Tertia species casuum est: quando detrahitur so
la episcopalis: vt quia parrochianus ecclesie non exempte
apud propriam ecclesiam suam sepelitur. ¶ Quarta spe
cies casuum est quando debetur vtraqꝫ: ⁊ hoc potest esse
quando eidem ecclesie debetur vtraqꝫ: ⁊ quando parro/
chianus ecclesie cathedralis sepelitur apud non exemptos
Nam cathedralis iure parrochialis habebit parrochialē
⁊ episcopus iure episcopali: episcopalem supra. c. cum su
per: dicit tamen Joannes andreas ꝙ communiter debe/
tur duobus: vt quando parrochianus ecclesie non exem/
pte sepelitur apud non exemptos. Nam parrochianus re/
ctor detrahet suam quartam: ⁊ episcopus suam ab vtraqꝫ
ecclesia. Item si eligit sepulturam apud exemptos: tunc so
la parrochialis detrahitur: ⁊ de quarta parrochiali episco
pus detrahit suam quartaʒ. ¶ Oꝛ habetis regulas de qui
bus in principio fit decisio omnium horum casuum. Oc/
currit etiam casus quandoqꝫ ꝙ quarta parrochialis debe
tur duabus ecclesijs. infra eodem. c. ij. in sexto. Item quan
doqꝫ quarta episcopalis debetur duobus episcopis: quan
do ecclesia parrochialis est in vna diocesi. ⁊ ecclesia electe
sepulture in alia diocesi. Est verum ꝙ Hostiensis in sum
ma. eodem titulo. ponit tertiam opinionem damnatam. sci
licet quod episcopus diocesis vbi est rex detrahet: licet sit
relicta res ecclesie alterius diocesi. Sed reprobatur quia
ius detrahendi surgit a communione: que habetur cum
ecclesia: cui relictum est: ⁊ sequeretur quod si res esset in
diocesi: licet relinqueretur exemptis: ꝙ posset fieri detra/
ctio: ꝙ non est verū. Modo ad quesitum principale quis
prefertur in detractione: quando due debent detrahi. vna
parrochialis. alia episcopalis. dicit Joannes andreas ꝙ
pro episcopo facit: quia preponitur supra. de testa. c. finali.
Item maioritas dignitatis. de maior. ⁊ obedien. c. i. ⁊ de
preben. si a sede. libro sexto. ¶ Dicit Hostiensis ꝙ non vi
det differentiam: que primo detrahitur: quia semper in idē
recidit: scilicet rei exceptio. Pone testator legauit. lxxx. ec
clesie. elec. sepulture. quarta episcopalis est. xx. restant. lx.
de istis detrahet parrochialis ecclesia quartam: ⁊ erunt
xv. ⁊ eodem modo erit idem computus: si primo detrahit
parrochialis ecclesia: quia de. lxxx. habebit. xx. ⁊ d residuo
episcopus habebit. xv. ⁊ ab ecclesia parrochiali quinqꝫ: ⁊
sic quinqꝫ ⁊. xv. faciunt. xx. ⁊ sic non videt effectum questio
nis: an primo detrahet parrochianus: an episcopus: mihi
videtur ꝙ magnus sit effectus: quia ipse diceret verū si pri
mo detrahēte episcopo nil deberet detrahi parrochiali ec
clesie: sed nō video quare nil debeat habere de illis. xv. par
rochiani: cum diuersis personis fiat detractio: ⁊ sic de quar
tatio vnius nil habet cōe cum alijs. ar. ſ. de testa. Raynuti
us. ⁊ c. Raynaldus. Si dicas ꝙ parrochialis primo debʒ
detrahere tunc iam preferes: ecclesiaʒ parochialeʒ: ⁊ sic sol
uis quesituʒ. vnde mihi v꞉ ꝙ errauerit in computo: licʒ sim
malus computator: tamen ego puto de iure ꝙ ecclesia par
rochialis sit illa que debet preferri primo: quia iura artant
testatorem ad relinquendum anteꝗ̄ relinquat alteri eccle
sie. vnde licet teneamus ꝙ teneat electio sepulture non fa/

cto ꝑ legato.ex.c.i.cū ibi no.scđm veritatē est debitū ab ip
so testatore:⁊ est antiquius debitū.⁊ debebit preferri execu
tioni legati.ideo dʒ preferri.Secūdo quia quartaʒ quam
habet episcopus a parrochiano ⁊ sic vt per prius dʒ habē
re parrochianus.Tertio quia parrochianus habet quar
tā rōne oneris:episcopus rōne cōionis:⁊ sic videt̃ habere
ex causa lucratiua episcopus.Et si dicat̃ percipit rōne cure
vniuersalis.Dico ꝙ parrochianus percipit rōne cure spe
cialis:⁊ sic spēs debet generi preferri.episcopus autē vtrā
qʒ quartabit. Antonius de Butrio.

i **In nostra.** Priuilegiati super iure funerandi sepelire possūt
eos:qui apud eos elegerunt sepeliri:canonicaʒ
soluēdo ecclesie parrochiali:si alios sepeliant:
restituere tenent̃ quicqd occasione funeris perceperūt.hoc
dicit.In prima actoris petitio.In secūda.ibi.econtra reo
rū defensio.tertia.ibi.talē.cause diffinitio.Tertia subdiui
ditur:quia primo diffinitū prouidet in futurꝫ.Secunda.ibi
nihilominus:diffinit tres articulos.secundus.ibi.eisdē.ter
tius.ibi.pro illis.Uel primum diffinit ⁊ duos diffiniēdos
cōmittit.vt.i.dicet̃.Ista est bona decre.⁊ ē obscura aliqua
liter inueni in casu ꝓpter decisaʒ:ideo aduertat ad casuʒ in
terminis.¶ No.primo ar.ꝙ ꝓcedit iste libellus.peto qr
tā omniū legatorꝫ:⁊ obuētionū a parrochianis meis:quia
apud te elegerūt sepulturā:de quo.s.c.ꝓxio.¶ Scđo no.
ꝙ priuilegiū libere sepulture vīr cōcessuʒ:oībus ibidē eli
gentibus sepeliri:restringit̃ ad habiles ad eligendū sepul
turā.¶ No.ꝙ per exceptionē:seu exceptuationē duorum
inhabiliū:ad actū exercendū.non firmat̃ regula in alijs in
habilibus:imo ⁊ illi similiter intelligunt̃ excepti:⁊ sic exce
ptio non firmat regulaʒ contra ius in tacito:ad hoc cle.de
non resi.ad audientiā:⁊ sic priuilegiū extendens qđ iuris ē
in vno ad aliū:recipit omnes limitationes iuris:⁊ restrictio
nes:vt non amplius opet̃ priuilegiū qʒ opet̃ ius istud.vn
de priuilegiū libere sepulture oīum qui elegerūt sepulturā
est extendēs ius cōe ad istos quod no.ꝓpter no.s.c.certifi
cari.¶ No.ꝙ portio parrochialis est quarta:si aliud non
disponat consuetudo.¶ Nota vnū casuʒ priuilegiorū:in
quo non detrahitur quarta:quando legatū est factū de ar
mis ⁊ equis in subsidiū terre sctē:⁊ ideo de equis ⁊ armis.
In alijs elemosynis si ibidē dimittūt̃ parrochialis ecclesia
debet habere portionē:quod nota.¶ Nota ꝙ secundum
vnū intellectū tractatus futuri tēporis spectat ad iudicem:
ex quo de eo principaliter constat:vt purū est ius agendi.vi
de glo.de senten.excōmu.romana.§.caue aut i sexto.⁊ In
no..s.de procur.auditis.⁊ no.de quibus debeatur portio
ecclesie parrochiali:quia de oblationibus oībus:⁊ de reli
ctis:⁊ oībus que relinquuntur in vltima voluntate pro aīa
⁊ sic etiam de institutione heredis.¶ Nota vlterius ꝙ de
relictis a parrochiano in loco sepulture quarta debet̃.vbi
eligit sepeliri:vbi non eligit tenetur restituere omnia.que ꝑ
cepit occasione sepulture:illa ergo que percepit non occa
sione sepulture restituere non tenetur.¶ Ut declaremus
decre.op.⁊ videtur ꝙ non procedat hec petitio.conquero
de talibus hospitalarijs:qui parrochianos meos recepe
runt ad sepulturam:quia hec ē simplex narratio:⁊ libellus
non procedit sine conclusione.s.de libel.oblatio.c.ii.do
ctores fatentur contrariū.Ideo dicūt ꝙ hic erat in libello
quare peto restitutionē omniū perceptorum:occasiōe sepul
ture.¶ Secundo oppono quia videtur priuilegiū:⁊ idul
gentia.Hic indulgentia temporalis priuilegium perpetuū
vel indulgentia loca:priuilegium personas:⁊ sic non incul
cat.¶ Tertio oppo.de.c.de his:de testa.vbi.de oblatio
nibus no debetur quarta.dic hic de oblationibus que fiunt
in missa.ibi.de his que pro anniuersario vel secundo dic ꝙ
nulla portio debetur de relictis pro anniuersario:de obla
tionibus autem que fiunt in actu anniuersarij:dum tamen
proueniant a voluntate defuncti si aliquid offeratur:tunc i

actu illo bene quarta debetur.dicunt tamen ꝙ primum cō
muniter tenet̃.¶ Quarto videt̃ ꝙ tex.male dicat i v.eisdē
preterea:quia mandat papa ꝙ debeat condemnatio fieri ni
si probet̃ ꝙ ibi elegerit sepulturaʒ:quia videt̃ ꝙ debuerit
condānari:vt in precedenti casu.ex quo fundata erat inten
tio.de iure cōmuni:⁊ erat conclusuʒ in causa:ergo ⁊c.de ꝓ
cura.auditis.de fide instru.cum dilectus.Soluit Hostien.
ꝙ potest:quia non videt ꝙ ideo sententia possit saluari:ni
si dicamus ex dispositione papali hoc processit.vel secūdo
soluit:ꝙ sententia:durat vsqʒ ibi.eisdem:ab inde vltra fuit
cōmissio non sententia:videtur vt habetur in.c.cū nobis.de
elec.⁊ in multis alijs locis.¶ Mos iste ē pape ꝙ si in cu
ria aliqui sint articuli:qui non possunt ꝓbari i curia:sed ex
tra:papa non pronūciat:sed cōmittit:sed si pars habito ter
mino ad probandū nō probat:⁊ non dicit se velle probare
extra curiā:tunc papa pronunciat:velut contra non proban
tē.secus vbi pars dicit se habere extra curiam:tunc papa ꝓ
nunciat probationem.quia non potest ducere testes de fa
cili:imo plus si est terminus datus:vt compareat instructus
nec est necesse ꝙ testes per corrigiā ducat:vt nota.glo.in.c.
cupientes.§.si vero de electio.libro sexto.¶ Quero de qui
bus rebus debet̃ quarta:dic ꝙ de mobilibus:⁊ immobili
bus:⁊ intellige secunduʒ Hostien.De imobilibus si sunt in
fra eandē parrochiā:dicens ꝙ si reliquit quis predium si
tum in aliena parrochia:⁊ apparet consuetudo:illa seruabi
tur.de decimis.cum sint:⁊.c.apostolice.s.c.de vxore:⁊.c.
certificari:alias dicit ꝙ adiudicaret canonicam illius pre
dij illi tertie parrochie.in cuius parrochia situm est.arg.de
foro compe.sane.cum suis concordantijs.inducit ꝙ in vi
ta ille preiudicare non poterit ecclesie in cuius parrochia
situm est predium.xv.q.i.si quis laycus.ergo nec in morte
.s.c.de his:⁊ pensio soluenda est ciuitati in cuius territorio
sita est.ff.de pu.imperatores:⁊ de decima reali parrochie:i
qua situm est predium.i.de deci.tua.sic ⁊ canonica realis.
hoc putat Ioan.andre.falsum quia in.l.prout ecclesie vici
nus parrochia.erat situm prediū ad hoc.i.c.cū quis.primo
responso.lib.vi.Itē querit de habente duplex domiciliuʒ:
⁊ decidit ꝙ habet̃ in.c.cum quis.ij.responso.i.eo.libro.vi.
¶ Querit etiā de viatore:qui mortuus est in itinere:i quo
loco sepeliri debʒ:⁊ dicit ꝙ vbi morit̃:⁊ iō si alicubi eligit
sepulturā ecclesia parrochialis illius loci hīe debet quar
tā.l.heres absens.ff.de iudi.⁊.xvi.q.i.c.si.hoc expediui.s.c.
c.i.¶ Quero an ecclesia parrochialis debet hēre quartaʒ
de relictis hospitalarijs:apud quos eligit̃ sepultura:hoc
est quasi idē de quo in littera.dicit Inno.ꝙ sic:quomodo
cunqʒ nominent̃ hospitalarij:si relinquat̃ ꝓ aīa:siue dica
tur relinquo ecclesie tali:siue tali:⁊ fratribus ibi morantibus
siue in gnē:siue in spē dicat̃ relinquo hoc tali hospitali.arg.
ff.de annuis le.l.annuā.§.ticia.imo ēt de relicto hospitali
dato ꝙ nō dicat̃ pro anima secundū aliquos:debet̃ quarta
qr presumit̃ relictū pro aīa.arg.s.c.de his.imo plus dicunt
ꝙ si de iure ibi sepelit̃:nō electa sepultura:vt qr i morte de
dit se ⁊ sua vel factus frater in morte:vel ē ibi sepultura ma
iorū:sꝑ q̄rta dēbet̃ prochiali ecclesie.fʒ inno.¶ Quid si re
linquit aliquis cētum distribuenda arbitrio alicuius.an ex
pense facte.pro funere in his computētur.dic ꝙ non secun
dū.Ab.alle.ff.de reli.⁊ sūp.fun.l.absens ⁊.l.se.¶ Quid
si propter casum fortuitū non potuit ibi sepeliri legata tamē
durant:licʒ casu nō sit sepultus.an debebitur quarta:vide
tur ꝙ non:quia iura volunt quartam ab ecclesia.vbi ē se
pultus:ꝙ hic non ē.contrarium tenet Innocentius quia
videtur relictum in dubio occasione sepulture:debet ideo
habere quartaʒ parrochialis ecclesia que onus in vita por
tauit.¶ Quid si dixit aliquis relinquo ecclesie:in qua se
peliri debeo centum ⁊ tali hospitali cētum:si contingat ꝙ
apud hospitalarios sepeliatur.debēt habere quartaʒ de
relicto hospitalariis.dicit quod non:quia bene deberetur
quarta de relictis sepulture:sed de relictis hospitali non

